


VIRTUS
SUNT
ET FORTITUDO
INVINCIBILES



Index Scriptorum, librorum et capitum situs est in fine praefationis, pp XXIX-XXXII



SCRIPTORES PHYSIOGNOMONIAE VETERES

EX RECENSIONE

CAMILLI PERVSCI ET FRID. SYLBVRGII

GRAECE ET LATINE

RECENSVIT

ANIMADVERSIONES SYLBVRGII

ET

DAN. GVIL. TRILLERI V. ILL. IN MELAM PODEM EMENDATIONES

ADDIDIT

SVASQVE ADSPERSIT NOTAS

IOHANNES GEORGIVS FRIDERICVS FRANZIVS.

ALTENBVRGI

IMPENSIS GOTTLOB EMANVEL RICHTERI

CIↃIↃCCLXXX.





LECTORI

S

IOH. GEORGIVS FRIDER. FRANZIVS

PHILOS. ET MEDIC. D.

Quum noſtri temporis ea ſit felicitas, vt non ſolum iis delectetur animus humanus quam maxime, quae noua prorſus et admiratione haud leui digna videantur, ſed etiam paſcatur nutriaturque rebus, quae curioſae cupiditati delicatiorique libidini fouendae inſeruiant; ſic phyſiognomoniae ſtudium quoque per longam annorum ſeriem ſopitum, ſuperſtitioniſque nugis conſpurcatum, veternoque obrutum latens, virorum laudatiſſimorum prorſus ſingulari nec improbanda cura excitatum, reuocatum ac repurgatum recruduit ita, vt noua quaſi luce illuſtratum ſolis orientis ad inſtar ſuos radios vbiuis fere locorum ſparſerit, atque haud paucos inuenerit amicos, qui radiis corruſcantibus recreati vtilitatem ſuauitatemque maximam percipientes alios quoque in ſui traxerint conſortium. Itaque neminem tam hebeti coecutienteque praeditum eſſe viſu arbitror,

bitror, qui ex contemtu, arrogantia, aut rei ignoratione tales viros accuſare velit, quum huius artis cultu atque diſquiſitione curatiori id curare ac perficere potiſſimum tentarint, vt non ſolum perfecta omnibuſque ingenioſis coniecturis ſuperſtructa quam maxime haec ars fieret, ſed etiam vt diſceremus eo facilius noſmet ipſos et alios noſſe, quibuſcum communi quodam vinculo atque cognatione quadam continemur, quorumque exactior notitia non ſolum in quocumque vitae genere, ſed et in amicorum delectu, reprobationeque inimicorum, admodum neceſſaria cenſenda eſt. Igitur quamquam de laudibus horum virorum neque inuidiae ſtimulis inſtigatus, neque odii acerbitate excitatus aliquid derogare auſim atque detrahere, tamen hoc mihi erit quilibet vltro conceſſurus, quod etiam in veterum ſcriptorum libris veſtigia appareant penitus expreſſa, neque temporum iniuria conculcata, ex quibus colligere, quin imo perſpicere queamus certiſſime, hanc artem et in antiquiſſimis temporibus cultam fuiſſe, altaſque egiſſe radices, et fortaſſis maiora capere potuiſſe incrementa, ſi noſtris auctores illi vixerint beatis temporibus, quibus melioribus inſtructi praeſidiis, adaptatiſque acriori viſui inſtrumentis, abſconditas res revelare earumque inquirere in cauſas, incognita perſpicere, et de iis profundius diſſerere, easque multo melius quam maiores noſtri aliis, ſi Diis placet, tradere valemus hominibus. Quare vt intelligant atque cognoſcant phyſiognomoniae amici, quid ſenſerint ſtatuerint-

rintque veteres de hac doctrina, placuit nobis Phyſiognomonum veterum ſcripta ab antiquitate ad nos tranſmiſſa, nec maleuolorum hominum prauitate nobis ſubrepta, prelo ſubmittere, noſtriſque animaduerſiunculis qualibuſcumque, ſi non illuſtrare, tamen nec obſcurare, ſed tantum paululum pro virium tenuitate, ingeniique penuria emendare. Qua quidem in re Viri Illuſtris ac Experientiſſimi GRVNERI, Academiae Ienenſis Profeſſoris celebratiſſimi, fauorem erga me prorſus ſingularem vix ſatis laudare poſſum, quippe, qui, vt me in moliendo aggrediendoque hoc opere, cui ſucceſſiuas meas horas dicare poteram tantum, iuuaret leuaretque, non conſiliis ſolum adfuit mihi, ſed tranſmiſſis etiam Polemonis, Adamantiique et Melampodis libris effecit, vt fini eo facilius conſequendo fuerim par; cui gratiſſimum obſtrictiſſimumque me fore voueo eo lubentius, quo magis ſentio tot tantaque egregii ſui fauoris erga me documenta requirere grates decentiſſimas palamque declarandas, promiſſique conſtantiam, qua ne vllo quidem tempore tanti huius viri memoriam ex animo excidere patiar.

Inter libros autem phyſiognomonicos, qui ad noſtram peruenerunt aetatem, (multo enim plures exſtitiſſe, quam qui hodienum circumferuntur, vel ex eo liquet, quod ab ſcriptoribus veteribus paſſim celebratur [1] Poſido-

1. Cf. Suidam in vocc. παλμικὸν, Ποσειδώνειος et οἰωνιστική et Fabric. in Bibl. Gr. T. I. L. I. c. 15. n. 4.

sidonius quidam, qui παλμικὸν οἰωνισμὸν consignavit literis, et Sibylla quoque, quae περὶ παλμῶν edidit commentarios, et duumuiri commemorantur, qui artis chiromanticae conscripserint praecepta, quae physiologiae diuinatoriae pars est, [2] Helenus nimirum quispiam Syracusius, et [3] Eumolpus,) Aristotelis liber principem obtinet locum, quippe qui non solum a philosopho, id est, curatiori studio et opera est digestus et ordine quodam arbitrario, non systematico et compendiario, qui tunc temporis prorsus ignorabatur, instructus; sed etiam ita comparatus, vt physiognomoniae faciem, qualis tunc fuerit, intueri et characteres lineasque omnes paulo distinctius internoscere queamus. De ipso Aristotele nihil iam dicere attinet, quum praeter [4] Diogenem Laertium, [5] Stobaeus, [6] Fabricius, Bruckerus, alii satis multa de eo dixerint, ad quos lectores cupidos amandare nobis liceat; qui in eo quoque consentiunt Librum physiognomicon ab ipso Aristotele profectum esse, nixi potissimum luculentissimo Diogenis Laertii testimonio, et auctoritate codicum manu exaratorum optimae notae, quibus quoque omnes editores et Interpretes Aristotelis, quotquot videre

2. Cf. Suidam in voce Ἕλενος et Peucer. de diuin. praec. gener. p. 606.

3. Suidae dicitur ἐποποιὸς τῶν πρὸ Ὁμήρου, quem et versibus et soluta tractasse oratione χειροσκοπικά asserit. Cf. Fabr. T. I. L. I. c. 6. n. 7. p. 38.

4. In Vitis Philos. L. V. c. 25.

5. In Eccl. phys. L. I. p. 88.

6. in Bibl. Gr. L. III. c. 6. Vol. II. p. 144.

videre nobis contigit, suum addunt calculum. Vtrum vero libellus nomen Aristotelis prae se ferens genuinus sit nec ne, sub iudice lis etiamnum esse videtur; hoc tamen concedendum esse ipsa rei necessitas exigit, partem aliquam genuinam vtique esse, quod potissimum ex consensu illius libri cum extremo Analyticorum capite, quod est quoddam veluti physiognomonicon libri compendium, et cum primo et secundo Rhetoricorum volumine, quod recte morum humanae vitae speculum dixeris, est colligendum. Alias vero partes vel mutilatas, vel supposititias esse ire inficias non possumus, quod et [7] Auerroes, [8] Sanchezius, Du Vallius et plerique Interpretum Aristotelis vno ore profitentur, argumentisque haud leuis momenti probare studuerunt. Itaque loca quaedam vel margini adscripta interpretationis causa, glossematis loco adiecta, a nimium sedulo et imperito librario, religioni sibi ducente ea expungere, loco suo mota textuique illata, insertaque sunt, vel impostoris cuiusdam, ex nominis Aristotelici celebritate monstroso suo partui fauorem conciliare cupientis, fraudulentia ac impietate, quae largas omnibus temporibus segetes, historia teste, habuit, intrusa sunt. Auerroi tamen, quem vt videtur reliqui omnes antiqua optimaque fide transscripsere, palma est tribuenda prae reliquis, quippe qui particulas quasdam in editione antiqua non inueniens, recte existima-

 uit

7. In Opp. Aristot. Tom. VII. p. 283. b.

8. In comm. in Aristotel. physiogn. p. 35.

vit a recentiori manu temere textui Graeco fuiſſe adſcriptas. Ceterum ſtili diuerſitas, et a cogitandi ſubtilitate Ariſtotelis abhorrens orationis textura, contradictioneſque paſſim obuiae, ſuſpicionem praebent, non omnia ita eſſe genuina, vt Mineruae ad inſtar ex Ariſtotelis cerebro proſilierint et in chartas ſeſe proiecerint. Vnde quoque textus plerumque aſteriſco notatus et lacunae in verſionibus Du Valii omniumque fere vulgatarum editionum, quas conſule, ſi placet, digito quaſi loca deprauata ſuſpectaque indicant, quibus, ne textus verſione deſtituatur in noſtra editione, interpretationem adiecimus. Ex animaduerſionibus praeterea Friderici Sylburgii aeque ac noſtris textui ipſi ſuppoſitis apparet, Ariſtotelem veterum de phyſiognomonia ſententias ac placita curatiori ſtudio, omnique fide talem virum decente propoſuiſſe, atque Homerum, Hippocratem, Platonem, alioſque, quorum in ſcriptis ſatis multae phyſiognomoniae lineae conſpiciuntur, fuiſſe ſequutum. Recentiores autem, quibus nihil magis quam recentiorum inuenta nouoantiqua, vel ſi mauis antiquonoua arrident atque placent, ex antiquis nimirum compoſita, mirum in modum conſuta verbiſque phaleratis interdum thraſonico more oblinita, obducta, inuoluta ac ornata egregie, exinde augurari ac colligere poſſunt, quamplurima nobis recentia, pulcra, ſubtiliaque viſa veteres latuiſſe nequaquam, lectionemque librorum ab ipſis literis mandatorum non eſſe improbandam, ſeponendamque; ſed commendandam

atque

atque auide persequendam. Hac praeprimis ducti ratione potissimum Aristotelem ex ipso Aristotele aliisque veteribus explicare tentauimus, repudiatis reiectisque hypothesibus aut coniecturis recentiorum quamplurimis, quas credat Iudaeus Apella, non ego. Igitur hac via tutissima ingredi maluimus, nobisque cavere, ne enthusiasmo physiognomonico, qui quamplurimorum neruos tenet constrictos, correpti, eiusque malis insanis nutriti, aliquid insulsi, aut quod magna adhuc ambiguitate laborat, multisque tricis difficultatibusque est implicitum, pro vero obtruderemus lectoribus.

Arrogantiae tamen accusandus essem, si mihi hoc sumere velim primum me Aristoteli illustrando manus, quae apud sedulos scriptores omnino sanae esse debent atque bene lotae, adiecisse; quem enim fugit doctissimos celebratissimosque viros et transferendo in vsum maxime eorum, qui Graeca cane peius et angue fugiunt, et commentarios verbosiores et succinctiores addendo eruditorum gratia multum lucis attulisse, tenebrasque physiognomonicis libris offusas dissipasse penitus. Principes tantum nominasse sufficiet, inter quos reliquis facile praefert facem [9] Auerroes, Arabs, naturali scientia sua aetate praestantissimus, omniumque bonarum disciplinarum encyclopaediam adeptus, qui praeter

 trans-

9. Exstat in Opp. Aristotel. Tom. VII. ab Auerroe editis, et Venetiis 1552. quaternis impressis.

translationem latinam margini quoque paucas, sed elegantes adiecit animaduersiunculas, quas vbiuis locorum in subsidium vocare minime dubitauimus. Deinde latinam habemus [10] Andreae Lacunae, [11] Iodoci Willichii, et incerti cuiusdam versionem, quam a plerisque editoribus ipsoque adeo Du Vallio operibus Aristotelis adiectam, doctissimisque viris probatam, dignamque vt textui graeco apponatur visam, a nostra noluimus abesse editione, ne eam paruiaestimare prorsusque reiicere videremur. Nec defuere, qui doctissimis animaduersionibus, et commentariis locupletissimis intelligentiam physiognomonicon Aristotelis facilitando lectores iuuare, animum notitia egregia locupletare, et commodis qualibuscumque inde percipiendis certo, consulere studuerunt. Quorsum potissimum spectant [12] Franciscus Sanchezius, [13] Camillus Bal-

10. Prodiit Parisiis Lutetiorum 1535. octonis, titulus est: Aristotelis Physiognomonia latine facta ab Andr. Lacuna.

11. Edita est Vitembergae 1538. octonis, ita inscripta: Aristotelis physiognomonia latine facta a Iodoco Willichio, accedit oratio in laudem physiognomoniae. Vide et I. Alb. Fabric. in Bibl. Gr. l. I. et Lipenium in Bibliotheca et philosophica, et medica sub voce: *physiognomonia.*

12. In com. supra iam n. 7. laudato, qui exstat inter opera medica Tolosae Tectosagum 1636. quaternis edita. Vide Mart. Lipenii Bibl. med. et philos. in voce *Physiogn.* et Fabricii Bibl. Gr. l. l.

13. In Com. in Aristot. Bonon. 1621. fol. cf. Lipenium et Fabric. ll. cc. et Herm. Conring. in praef. ad Scipionis Claraemontii Caesenatis librum de coniectandis cuiusque moribus et latitantibus animi affectibus, Helmst. 1675. quaternis.

Baldus, [14] Augustinus Niphus, [15] Hermannus Follinus, [16] Franciscus Porta, [17] Conradus Wimpina, [18] Petrus Motius, alii, qui pro cuiusque consilii sui ratione amplissimis atque exquisitissimis obseruationibus Aristotelem explicauere. Franciscus Sanchezius quidem commemorat se primum ad explicandum hunc Aristotelis librum accessisse, sed proh dolor! primum tantum caput in lectionibus Tolosae habitis exposuit, cuius quidem rei rationem affert hanc, quia reliqua facilia sint intellectu sine vlteriore interpretatione; veram tamen hanc subesse causam auguror, quia, quod in Academiis Italicis vsu est receptum, auditores tanta cupiditate discendi praediti sunt, vt primas tantum frequentent lectiones,

14. Qui laudatur a Conringio l. c. his verbis: *Merenturque laudem Augustini Niphi et Camilli Baldi in Aristotelis eiusdem argumenti libellum.* Vide eiusdem opera moralia a Naudaeo edita, quibus etiam vita Niphi praefixa est.

15. In libro, cuius titulus: Speculum naturae humanae, belgice conscripto et ab Iohanne Follino, filio eiusdem, latinitate donato et edito Coloniae Agrippinae 1694. duodenis. Liber iste capita et propositiones continet non quidem ordine, quem Aristoteles obseruauit, at tali tamen, vt omnia Aristotelis loca reperiri possint facile.

16. In Libris IV. de humana physiognomonia, editis Neapoli 1602. in folio, Francofurti 1618. et 1621. octonis; et Teutonice ibidem 1621. ordine arbitrario etiam auctor sua hic proponit.

17. In Libro de signis, praeprimis librr. VIII. IX. X. vbi Galeni et Aristotelis fere omnia in compendium redegit.

18. In Libro de multiplici temperamento et cognoscendis hominibus cf. Mich. Medina L. II. Aerae Chr. c. 2.

ctiones, reliquas vero ſua abſentia euacuatas profeſſoribus, aliis vt impendant ſtudiis, permittant lubentiſſime. Sed haec tantum obiter dicta ſunto, dolendum tamen quam maxime, ex verſione ſolum hunc enatum eſſe commentarium, quod in [19] obſeruationibus Ariſtotelico textui ſubiectis probauimus, magiſque ſane conſuluiſſet eruditis viris, ſi non ex riuulis non adeo puris, ſed potius limpidiſſimis fontibus ſua hauſiſſet. Camillus Baldus autem multa quoque vtilia congeſſit in ſpiſſo illo horrendoque volumine, et commentario locuplete de coniectandis moribus, magis tamen philoſophico more rem tractauit, quem ne nos quidem improbamus philoſophiae puriori dediti, ſed hoc tantummodo volumus eum emendationem textus ipſius omiſiſſe penitus, vel ſaltem, quod aiunt primis labris, vt canes ex Nilo aquam lambentes prae Crocodilorum metu, tetigiſſe, atque adeo non ſemper fortuna ſecunda in explicando vſum fuiſſe. Nec ſua laude Auguſtinus Niphus eſt defraudandus, qui ſeſe ipſum Imperatorem eruditorum virorum ex nimia faſtu ſuperbiaque tumidus appellare non erubuit, et qui Imperatoris vices obiiſſe viſus eſt apertiſſime. Follinus contra et rationes medicas in ſubſidium vocauit ſimul, quatenus eae ad phyſiognomoniam ſpectant in vniuerſum, nam de medica phyſiognomonia nobis dicendi pro inſtituti noſtri ratione iam non eſt opportunitas. Conradus Wimpina vero non inuita Minerua rem aggreſſus eſſe videtur, et multa egre-

19. Vide p. 11. not. 27.

egregieque dicta in eius libro proponuntur, Aristotelis intelligentiae satis accommodata ac conuenientissima. Quid tandem de [20] Petro Motio dicam, qui post Hippocratem et Galenum primo complexionis modum declarauit, deinde medico et philosophico ratiocinio, qui modus solennis erat et more receptus apud veteres physiognomones, qui nondum ratiocinia ex Logica expulerant atque proscripserant, propensiones et ingenia gentium, prouinciarum et singulorum hominum describit curatius, saepiusque ad nostrum prouocat Aristotelem, eiusque cum reliquis scriptoribus de hac materia consensum demonstrat, suaeque sententiae veritatem egregie hac proponit ratione, ipsique firmitatem ac robur conciliat maximum. Neque ii sunt praetermittendi, qui omnium physiognomonum veterum scripta passim laudare ac illustrare in suis operibus sibi sumserunt, vt Scipio Claraemontius, Franciscus Porta, alii, quos tamen omnes nominare ac recensere, neque est otii, neque instituti nostri.

Misso iam Aristotele accedimus ad reliquos physiognomoniae scriptores veteres, qui quidem multis magnisque scatent mendis, tot tantisque conspurcati sunt librariorum oscitantium et ignorantium impuritatibus inquinamentisque, vt omnino Herculis opera in hoc Augiae stabulo physiognomonico repurgando

20. Vide Mart. Delrio qu. 4. p. 619. Disquisitt. magic. L. IV. c. 3.

gando ac euerrendo ſit opus. Friderici Sylburgii quidem indefeſſo permulta debemus ſtudio, qui bene ac egregie multa emendauit, qua quidem in re magis timiditatem laudamus, quam audaciam, quae apud multos hodienum cum maiori literarum ſplendore ſcilicet ad ſummum fere faſtigium et in critica arte euectum eſt; et ſane meliora ab ipſo ſperare potuiſſemus, niſi manuſcriptorum codicum penuria eius manum a plenaria medela retinuiſſet. Saepius interim quum noſtram qualemcumque operam ſcriptoribus phyſiognomonicis dicaremus, optauimus, vt nobis tam felicibus eſſe contingeret, egregium illum codicem Manuſcriptum nanciſci, qui in Bibliotheca Vffenbachia fuit olim, et de quo nos latet penitus ad quoſnam tranſierit. Huius quidem mentionem facit [21] Iohannes Georgius Schelhornius, cuius verba hic addere lubet: *Secundum Volumen*, inquit, (diſſerit autem de codicibus MSS. Vffenbachii in epiſtola ad Iohannem Henricum Maium) *complectitur quatuor phyſiognomonicos ſcriptores, Polemonem, Adamantium, Melampodem et de maculis ſchediaſma Hermanni Venii apographum, adiectis quibuſdam in margine notis ac correctionibus.* Forte quorumdam virorum doctorum fauore prorſus ſingulari aliquando fieri poterit, vt ad noſtram perveniat notitiam, quemnam tranſportatus ſit in locum

21. In commercio epiſtolari Vffenbachiano, vbi ſelecta variis obſeruationibus illuſtrauit ad primam ſectionem commentationis de ſtudio B. Vffenbachii Bibliothecario P. IV. n. CXLII. p. 238. editis Vlmae et Memmingae 1753. octonis.

locum codex ille, et forte etiam ad nostras manus, quo conferendo cum textu emendationes correctionesque seorsim prodire iubeamus, quod quidem ita afficiet animum nostrum, vt plane ignoremus quibus verbis talem animi propensionem praedicare et celebrare, gratiasque decentissimas agere debeamus.

Iam vero de unoquoque horum auctorum seorsim pauca sunt exponenda, vt constet qualis fuerit patria, genus, aetas, vitae ratio et ad scriptionem horum operum siue potius opusculorum accessio. De Polemone quidem nihil certi afferri potest; adductis ponderatisque omnibus rationibus, quibus firmo inniti possemus, imo forte deberemus, talo, titubantes labantesque nos semper inuenimus. His tamen non obstantibus commemoremus quae de Polemonibus apud veteres exstant, eo potissimum consilio, vt cuique nostrorum lectorum sit integrum atque concessum sententiam vnam vel alteram eligere, cui religiose subscribere assentirique queat merito. Plures nomine Polemonis insignitos celebratosque fuisse apud veteres, quorsum prae reliquis referri meretur [22] Polemo ille Atheniensis Philosophus, Philostrati Filius, etiam tironibus notissimus ex historia antiqua, quippe qui, quum in iuuentute esset petulans, et aliquando ebrius

22. Diogenes eum multa scripsisse asserit, quod negat Suidas in hac voce. Horat. de eo: *Faciesque quod olim mutatus Polemo.* Vide Fabric. Bibl. Gr. L. III. c. 6. Vol. II. n. 24. p. 144.

us et coronatus ſcholam Xenocratis ingreſſus fuiſſet eius oratione de pudicitia, eleganti quidem at graui, qua tunc vſus eſt, ita motus eſt, vt laſciuo vitae generi ac impudenti nuntium mitteret protinus, mutatiſque moribus tantum profecit in philoſophia, vt Xenocrati in ſchola ſuccederet. Alius eſt [23] Polemo Rhetor, cui Albertus Magnus hoc phyſiognomicon tribuit, ſed parum veriſimiliter vt recte arbitratus eſt [24] Fabricius. Alberti verba vtique digna cenſenda ſunt, vt hic adſcribantur: *vt melius ſcientur ea*, inquit, *quae dicenda ſunt ponemus ſingulorum membrorum per ſe ſignificationes, ſequentes auctores magnos huiuſmodi artis, Ariſtotelem videlicet et Auicennam, Conſtantinum ipſum, et ipſum quem commendat Ariſtoteles Philemonem. Loxum quoque et Palemonem* (Polemonem) *declamatorem, qui phyſiognomonica perfectius ceteris tradiderunt.* Meminere etiam Hiſtorici, [25] Polemonis Periegetae, cognomine Helladici, genere Ilienſis, Panaetii diſcipuli et Timaei hiſtorici aduerſarii grauiſſimi, et hiſtorici nobiliſſimi, qui aequalis fuit Ariſtophani Grammatico [26] Alius eſt e Laodicea Cariae, qui Smyrnae vixit, aequalis Herodis Attici

tici

23. In Libro I. de animalibus. Fuit alius quoque Rhetor eiuſdem nominis de quo, vt et de priori, Voſſ. in hiſtor. Gr. p. 119. et 404.

24. In l. c.

25. Vide Voſſ. l. l. Suidas teſtatur eum ſcripſiſſe de origine ciuitatum, Phocidis, Ponti et Laconiae geographiam, et de curſu ſolis libros; poſterior liber viſus eſt quibuſdam perſuadere, vt ipſum pro auctore phyſiognomonicon venditarent.

26. In Hiſtor. Dynaſtiar. VI. p. 86.

rici ſub Adriano Imperatore, ad quem legatus quandoque Smyrnaeorum miſſus, ab eo honorifice exceptus, cui vt tribuamus hunc libellum ne probabili quidem ratione adduci nos patiemur. Forte vero immutato paululum nomine is eſt, qui Philemon et Palaemon ex librariorum aut operarum errore nominatur, et cuius librum Syriace verſum commemorat Greg. Abulpharaius, qui eum Hippocratis Medici aequalem facit. Nicolaus Petreius Corcyraeus, qui Polemonem latine vertit, eum Atticum fuiſſe aſſerit, quocum alii conſentiunt, quibus tamen aduerſantur [27] Fabricius et [28] Sylburgius firmis ſane nixi argumentis; ſiquidem vera ſi eſſent, quae produntur, ab recentiore interpolatum ac transformatum eſſe huncce libellum haud iniuria concedere teneremus; dictionis videlicet impuritas, ſtructurae orationis inconuenientia ab Attica ſuauitate aliena, magiſque ad Aſianiſmum propenſa, et acumen ingenii et ſubtilitas, quae philoſophum quam maxime decent, neque Attico illi defuere Polemoni, prorſus deſiderantur; quid quod vocabulum εἰδωλοθύτου, Chriſtianum magis quam Ethnicum reſipiat philoſophum. Itaque in tanta rerum ſpiſſitudine totque denſiſſimarum tenebrarum obſcuritatumque inuolucris, argumentis ad veritatem tantum propius accedentibus, haudquaquam vero inuictis, eſt vtendum. Igitur ſi

27. In Bibl. Gr. L. III. c. 6. Vol. II. n. 24. p. 144.

28. In Praef. ad Ariſtot. Vol. VI.

ſi quid ſtatuendum, cum Fabricio coniunctis viribus affirmamus, Polemonem eſſe antiquiorem [29] Origene, eiuſque ingenii foetum, prouti apud nos circumfertur, interpolatum et a manu recentiori ſuppoſitum eſſe, quod neque mirum nobis videri debet, quum cognouerimus male ſedulos ac lucricupidos homines, ſuis libris, vt amicos et lectores concilient, impoſuiſſe celebratiſſimorum virorum nomina, quae ſubſequutis temporibus tamquam poma Eridos viris literatis et antiquitatum ſcrutatoribus indefeſſis multum operae negotiique faceſſere. Vnde his miſſis aliorumque inueſtigationi penitus relictis ad certiora deueniendum eſt, paucaque de editoribus, qui tamen perpauci ſunt, praefanda. Primum Graece edidit [30] Camillus Peruſcus cum Adamantio et Melampode, aſt multis vitiis contaminatos, quae tamen non Peruſco, ſed potius librariis infidis et negligentibus, tribuenda ſunt. Deinde Frid. [31] Sylburgius ſexto volumini operum Ariſtotelis a ſe editorum inſeruit, qui Romana editione criticoque acumine in ſubſidium vocatis textum infinitis

29. Locus eſt in Libro I. contra Celſum, p. 26. vbi ſic: Ἐὰν δὲ καὶ τῶν φυσιογνωμονούντων κρατῇ, εἴτε Ζωπύρου, εἴτε Λόξου, εἴτε ΠΟΛΕΜΩΝΟΣ, εἴτε οὗ τινός ποτ᾽ οὖν τοιαῦτα γράψαντος, καὶ ἐπαγγειλαμένη εἰδέναι τι θαυμαστὸν οἰκεῖα τοῖς ἤθεσι τῶν ψυχῶν πάντ᾽ εἶναι τὰ σώματα.

30. Exſtat ad calcem Aeliani Hiſtoriarum variarum Romae 1545. quaternis editarum, quam editionem humaniſſime ab Exc. Fiſchero ex ſua Bibliotheca nobiſcum communicatam grato profitemur animo.

31. Quae prodiere Francofurti apud heredes Wechelios 1587. quaternis.

finitis in locis emendare atque in notis ad calcem adiectis corrigere, atque verum auctoris ſenſum, conferendo cum Ariſtotelis et Adamantii libris, non ſolum eruere et vindicare ſtuduit, ſed et re vera, vt nobis quidem videtur, reſtituit; qua quidem in re in eius virtutibus memoratur, quod modeſte in hoc opere perficiendo, neque haud rudi Minerua ſit verſatus. Criticam quoque Polemoni et Adamantio adiicere voluit manum [32] Iohannes Meurſius, a quo ſane, graecarum enim literarum erat amantiſſimus atque doctiſſimus, multae atque admodum egregiae fuiſſent exſpectandae emendationes et animaduerſiones, quarum aliquot exhibuit [33] ſpecimina, niſi morte interceptus his, priuati eſſemus. Latine autem verſum habemus Polemonem [34] Ni-

 co-

32. Haec ipſe profitetur in Spicilegio ad Theocritum p. 170. his verbis: *Oſtendam id, quum aliquando vitam et otium ſuppeditet Deus, vtrumque illum auctorem ab innumeris mendis vindicatum publice dabo.*

33. Vide Adamant. Noſtr. p. 433. n. 3. Alia obſeruatio ſpectat ad Polem. L. I. c. 8. p. 248. quam tum non addidimus, quum nobis non ad manus eſſet Meurſius, quamque, vt lectores intelligant, qualis futura fuiſſet editio Meurſii, hic inſerimus. Sic vero ſcribit in Spicil. p. 2. *Polemon quoque Phyſiognomon naſo iracundiae indicium ineſſe tradit:* Ῥινὸς τὸ ἄκρον λεπτὸν ὑπάρχον ἐπιζέειν τοῦ ἀνδρὸς ὀργὴν σημαίνει. At Heraclides in Allegoriis cor eius ſedem ſtatuit, Ὅτι μὲν ὁ θυμὸς εἴληχε τὸν ὑπὸ καρδίαν χῶρον, ὁ Ὀδυσσεὺς τοῦτο ποιήσει σαφὲς ἐν τῇ κατὰ μνηστήρων ὀργῇ, καθάπερ οἶκόν τινα τῆς μισοπονηρίας θυροκρουστῶν τὴν καρδίαν, Στῆθος δὲ πλήξας κραδίην ἠνίπαπε μύθῳ, Τέτλαθι δὴ κραδίη, καὶ κύντερον ἄλλο ποτ᾽ ἔτλης. Ἀφ᾽ ἧς γὰρ αἱ θυμικαὶ ῥέουσι πηγαὶ, πρὸς ταύτην ὁ λόγος ἀποκλίνων.

34. Edita eſt haec verſio coniunctim cum Meletii et Hip-

colao Petreio Corcyraeo debemus, quam omnibus reliquis ſubſidiis deſtitutus vna cum Romana editione in eruenda et vindicanda vera Polemonis adhibuit lectione [35] Sylburgius, docens ſimul et verſiones ſua non eſſe defraudandas vtilitate, quid quod ipſarum ope loci deprauati egregie reſtituti ſunt. Nobis vero, quod dolemus quam maxime, huius verſionis, cuius ſumma eſt raritas, non eſt facta copia. Praeter hos [36] Scipio Claraemontius et Franciſcus Porta multa ex Polemone reliquiſque phyſiognomonibus in ſuos tranſtulerunt libros, eaque vberius explicarunt, alios vt taceam, qui, quod fieri ſolet plerumque, quodque nequaquam improbandum, ſed potius laudandum eſſe arbitramur, ſi laudatis auctorum nominibus quibus noſtra ex parte debemus, ſuum cuique tribuatur; his auctoribus in ſubſidium vocatis libris ſuis euidentiam, claritatem, ſplendorem ac certitudinem maiorem, cum auctoritatis grauitate coniunctam, conciliare ſtuduerunt.

Adamantii vero hiſtoria qualis fuerit, quove vixerit tempore, argumentis tantum veritati propius accedentibus poteſt euinci, quum certis ac indubitatis deſtituimur plane. Veriſſimum interim eſt, eum Polemone multo iuniorem, eiuſque Paraphraſten eſſe, quod [37] ipſe diſertis

Hippocratis de ſtructura hominis libello, Dioclis epiſtola de tuenda valetudine ad Antigonum Regem, et Melampodis de naeuis libro, Venetiis 1552. quaternis.

35. Vide Sylb. in praef.

36. Vide ſupra.

37. L. c. p. 314.

disertis indicat verbis. Vulgo vocatur Sophista, non quidem vulgari et trito, sed eminentiori sensu scilicet, quippe qui verae et genuinae sapientiae dici meretur professor; suumque Constantio Imperatori, illi scilicet ex opinione [38] Fabricii, qui Placidiam Honorii vxorem duxit, de quo [39] Sozomenus, qui asserti veritatem firmat, fusius agit, inscripsit librum. Verum eum fuisse gente Iudaeum ἰατρικῶν λόγων σοφιστὴν [40] Socrates tradidit, qui Attici Episcopi Constantinopolitani tempore Alexandriam se conferens, ibi Christianam amplexatus religionem commoratus est. Praeter librum Physiognomonicon etiam alii libri Adamantii nomen prae se ferentes commemorantur apud veteres. [41] Scholiastes siquidem Hesiodi librum περὶ ἀνέμων laudat, qui liber de ventis etiam in codice manu exarato Bibliothecae Regis Christianismi teste [42] Labbeo exstat, qua quoque codex MSS. [43] de ponderibus et mensuris asseruatur. Adamantius ille, quem saepius laudat [44] Aetius pro vno

38. Vide l. c. p. 171. Not. g.

39. In historia eccles. L. IX. c. 16.

40. In histor. eccles. L. VII. c. 13.

41. ad Theogoniam p. 209.

42. Vide Bibliothecam nouam MSS. cod. 1213. p. 111.

43. Bibl. l. l. p. 123. et Fabric. Bibl. Gr. l. l.

44. Vide Tetr. I. Serm. 3. c. 163. vbi fragmentum de ventis reperitur ex Adamantio, Tetr. II. Serm. 4. c. 27. vbi de cura dentium a calido morbo doloroso affectorum ex eodem agitur, et c. 31. de cura dentium a siccitate dolore affectorum, quibus Fabricius addidit Tetr. III. Serm. II. c. 6. vbi autem nihil de Adamantio legimus.

eodemque a [45] Marsilio Cognato cum nostro habetur, et cuius fragmenta Hispaniae in Bibliotheca Regia S. Laurentii asseruari etiamnum [46] Ciaconius commemorauit. Neque [47] Oribasius silentio praetermisit Adamantii medicamina, commendans ipsius remedium ad alopecias et medicamentum ad vlcera phagedaenica, an vero cum Adamantino vnus idemque sit Adamantius ego haud facile dixerim, quamquam is lapsus familiaris ac solennis esse soleat, vt librarii aut operae ex negligentia, aut potius pleonásmo, literam n. aut aliam addiderint inseruerintue. Sed properamus ad editiones. Iam non monemus eum cum reliquis exstare, quod semel affirmauimus, seorsim eum editum esse Lutetiis Parisiorum apud [48] Iohannem Neobarium cum versione [49] Iani Cornarii, viri in interpretandis et vertendis veteribus auctoribus versatissimi laboriosissimique, cuius quidem vt et Parisiensis editionis summa est raritas, vt ignoremus penitus forte quonam in angulo pulvere conspurcatae ac tectae lateant. Hunc tamen defectum, qui nos sane tristissimos reddidisset

45. In Variarum Obseruationum L. IV. c. 17.

46. Vide eius Bibliothecam, pag. 18. edit. Kappii in fol.

47. In Synopseos ad Eustachium filium L. III. de emplastrorum et trochiscorum compositionibus. Vide Artis med. Principes medicos ex ed. H. Stephani, p. 39 et 40.

48. Anno 1556. octonis, et antea Basileae 1544. octonis.

49. Vide Ciaconium in Bibl. p. 18. qui tamen quam maxime dolet ab haeretico Adamantium esse versum. En piam simplicitatem!

didiſſet, ſuppleuit egregie [50] Sylburgius, cui Pariſienſis editio cum Cornarii verſione non ſolum in conferendo ad manus fuit, ſed qui etiam codice manuſcripto vſus eſt, quem Bononia Pompilius Amaſaeus ad illum transmiſit. Francogallice primum per [51] Iohannem Bonam et deinde interprete puero duodecennali [52] Henrico Bouuino de Vauroy, qui Adamantium et Melampodem veſte francogallica prodire iuſſit indutos, editus et Purpurato eccleſiae Romanae [53] Richelieu dicatus eſt. Neque Teutones, populares noſtri, vt plurimum Francogallos imitantes, ſua laude defraudandi ſunt, qui pro pruritu vertendi omnibus fere temporibus, pectora et manus ipſorum infeſtante, et [54] Adamantium teutonice verſum ex ſtudio nimio commodis publicis inſeruiendi, et moleſtias cum literis tractandis arctiſſimo vinculo iunctas leniendi, proſtare voluerunt. Vnde officinae vertendis libris a ſapientiſſimis magiſtris conditae, et vndequaque proſtantes, vt ſartae tectaeque et hodienum ſeruentur, quo breuiori via ad Mineruae atria et templa accedere deſideramus, orandum eſt.

At Melampus reſtat, cuius vt mentionem quoque iniiciamus neceſſitas rei exigere videtur, praeprimis quum plures occurrunt huius nominis viri, qui in literarum ſtudiis ex-

 cellere

50. In Praef. ad Ariſtot. Opp. T. VI.

51. Pariſiis 1556. octonis.

52. Pariſiis 1656. octonis.

53. Vide Fabric. l. c.

54. In Trifolio Phyſiognomonico, quod Norimbergae prodiit.

cellere viſi ſunt. Antiquiſſimus, niſi omnia me fallunt, eſt ille Melampus, Amythaonis et Dorippes filius, ab [55] Homero laudatus, qui augurio claruit, omniumque auium ceterorumque animalium voces nouit ac intellexit. Eum medicum praeſtantiſſimum fuiſſe, cui templum aedificatum eſt, feſta ſolennia et ſacrificia fuere ſtatuta [56] Pauſanias refert. Iuuit Biantem in auferendis bobus [57] Iphiclo, quos ille Neleo reſtituit, cuius beneficii memor Neleus ipſi filiam ſuam Pero dictam matrimonio iunxit. Filias quoque Proeti [58] furiis agitatas ſanitati mentis reſtituit, quarum vnam Iphianaſſam cognomine coniugem accepit. Haec paulo verboſius proſequuti ſumus, vt appareat facile error [59] Ludouici Septalii Mediolanenſis, Melampodem hunc auctorem horum librorum, qui eius nomine circumferuntur, afferentis. Communem cauſam facit cum Septalio [60] Nicolaus Petreius Corcyraeus, a Sylburgio vt mihi videtur optime refutatus.

Neque

55. In Odyſſ. L. XV. v. 226.

56. L. I. c. 28.

57. Vide Homer. Odyſſ. XIII. v. 370. et Propert. El. III. 2. ſq. *Turria proceſſus vates eſt vincta Melampus, Cognitus Iphicli ſurripuiſſe boues. Quem non lucra, magis Pero formoſa coegit, Mox Amythaonia nupta futura domo.*

58. V. Virgil. Georg. L. III. v. 549 ſqq. *Ceſſere magiſtri Phillyrides Chiron, Amythaoniusque Melampus* et Tibullus ad Meſſalam: *Inſignem famam ſanctoque Melampode cretum Thiodamanta volunt.*

59. in Libello de naeuis.

60. Vide Fabric. in praefat. ſaepius laudata. Cf. et Sotionis Paradoxa, vbi ſic: ἔνθα Μελάμπους λουσάμενος λύσσης Προιτίδας ἀργαλέης, etc. Vide Ariſtot. Opp. Sylb. T. VI. p. 125.

Neque [61] Tzetzae fides est habenda Melampodem istum Hesiodo antiquiorem facientis; neque is esse videtur quem praecepta symmetriarum literis consignasse prodidit [62] Vitruvius. Etenim si [63] Fabricio fides habenda est, vt est reuera, longe iunior est Melampus noster, qui sub Ptolemaeo Philadelpho vixit. Eius nomine circumferuntur scripta [64] περὶ τεράτων καὶ σημείων καὶ μυῶν, porro μαντικὴ περὶ παλμῶν et denique περὶ ἐλαιῶν τοῦ σώματος, sed stilus suspicione haud leui horum librorum videtur laborare [65] Sylburgio: nam multo recentior esse et magis ad Turcicam barbariem, quam ad Graecorum venustatem accedere videtur. Neque res ipsae probantur Sylburgio, quia maiori ex parte nec ἱερογραμματέως grauitati, nec regiae maiestati satis conueniunt, quid quod et ipse titulus, in quo Melampus ἱερογραμματεὺς appellatur non satis conueniens censendus est, et quod τὴν περὶ παλμῶν μαντικὴν inscripserit Ptolemaeo. Sit quidquid sit, hoc tamen certum est et extra omnis dubitationis positum aleam, auctorem huius libelli superstitiosas fouisse opiniones in toto opusculo vndequaque sparsas, iisque temporibus editum, quibus barbaries et superstitio verae eruditioni vltimum dixerit vale. His tamen non obstantibus seponendum hunc libellum nequaquam existimamus, quum ex eo disci pos-

61. ad Hesiod. p. 180. ed. Heinsii.

62. In Praef. Lib. VII.

63. Bibl. Gr. T. I. L. I. c. 15. p. 97.

64. Vide Artemidor. Oneirocrit. L. III. c. 28.

65. Vide praefation.

sit quanam labe erroribusque homines suae infecti fuerint aetatis, quibus sanandis prudentissimi doctissimique viri sese minime senserint pares. Restat Melampus Grammaticus, cuius scholia in Dionysium Thracem manu exarata exstare in variis Bibliothecis asserit [66] Fabricius, quemque laudat aeque [67] Tzetzes ad Lycophronem. Neque sicco quod aiunt pede praetereundus Melampus Ithagenis filius, quem inter maiores Homeri refert Herodotus, siue alius quis scriptor in Poetae vita. Ad editiones quod attinet, primum Graece cum reliquis physiognomoniae scriptoribus edidit supra laudatus Camillus Peruscus, vt et Fridericus Sylburgius. In latinam linguam transtulit [68] Nicolaus Petreius, et ante eum Augustinus [69] Niphus, qui libellum de saltibus et tremonibus suis de auguriis libris inserendum curavit. Mihi vero hanc versionem inspicienti planum factum est, multa loca vel omissa esse sedulo, vel in exemplo Niphi illa non exstitisse. Graece et latine quoque libellum de naeuis edidit [70] Claudius Martinus Laurendierius, et tandem Francogallice [71] Henricus de

66. l. l. p. 99.

67. v. 31.

68. Quae translatio adiecta est Meletio et Hippocrati de natura humana etc. de quo iam supra.

69. Prodiit Bas. 1534. quaternis, quae rara admodum editio nuper fuit in Bibliotheca Walchia Ienae ventilata. Exstat in Thes. Antiqq. Graeuii Tom. V. p. 330 sqq.

70. Prodiit cum Hieron. Cardani Metoposcopia Paris. 1685. in fol.

71. Exstat cum reliquis physiognomonicis scr. in libello supra laudato.

de Bouvin de Vauroyus, et Germanice auctor [72] Trifolii Chiromantico physiognomonici.

Vix opus esse videtur, vt moneamus, quid in hac editione curanda adornandaque data opera praestare apud nos constitueramus, nobis siquidem consilium fuit, horis nostris subsecivis quantum fieri posset mendis repurgandis expungendisque nostrum qualecumque studium dicare, atque hos ipsos physiognomones ea via, quam Fridericus Sylburgius ingressus est, conferendo nimirum inter sese, emendare, ita tamen, vt audaciam quae interdum plus sibi quam aequum arrogat, cane peius ac angue fugeremus, adeoque multa intacta relinqueremus loca, quae vlteriori inquisitioni doctiorum virorum magis permittenda, quam illotis quod aiunt manibus ipsi apprehendenda esse conspurcandaque arbitrati sumus. Ceterum id potissimum curauimus, vt animaduersionibus, quas Sylburgii doctissimis adiecimus annotationibus, suo nomine in hac etiam editione insignitis, aliorum auctorum effatis facem praeferre lucemque si non plenariam, aliquam saltem super illos diffunderemus, qua quidem in re si nostro consilio responderit euentus, laetabimur maxime. Ornamentum autem maximum huic editioni accessit emendationibus doctissimis ac observationibus Viri Celebratissimi ac Doctissimi, Illustris Danielis Guilielmi Trilleri, Senis Veneran-

72. Editum cum Ioh. Sigism. Elsholzii L. de Symmetria corporis hum. Norimb. 1695. octonis.

nerandi, Patroni Maximi, quem vt Deus ter optimus maximus per longam annorum seriem in incrementum rei literariae, artis medicae et graecarum literarum, rebus humanis interesse iubeat precamur ex animo. Exemplar enim Melampodis ab Illustri Grunero cum reliquis ad nos transmissum continebat egregias notas a manu Magni Trilleri profectas, quas non solum adiicere, et vt facile in oculos incurrerent, asterisco nobis notare placuit, sed etiam hoc nomine officii mei ratio exigit hoc, vt tanto Viro, cuius fauore ne vllo quidem excidere cupio tempore, gratum meum testificer animum publice, cui vt et Grunero Illustri, Patrono venerando res meas meque ipsum ita commendo ac trado, vt maiori qua passim modo ignorem penitus. Praeterea triplici quoque Indice locupletare hos auctores voluimus, vt eos consulere, atque illa oracula physiognomonica adire atque ex aureo illo tripode, cui ferreus et ligneus subsequutis temporibus ab aliis physiognomonibus substitutus est, responsa percipere queant. Quum autem sentiam nihil humani a me alienum esse, meque saepissime ob ingenii exiguitatem viriumque imbecillitatem esse lapsum et in deuia abductum, rogatos cupio lectores aequos, vt mihi veniam ignoscendo concedant, omniaque aequi bonique consulere velint. Scripf. Lipsiae ex Museo nostro ipsis Kalendis Martii. A. R. S. CIↃIↃCCLXXX.



I.

ARISTOTELIS PHYSIOGNOMONICON CAPITA

II.

POLEMONIS PHYSIOGNOMONICON LIBRI I CAPITA

XVI.

Descriptiones formarum humanarum ex ipsius Polemonis Physiognomonicis

LIBRI II CAPITA

III.

III.

ADAMANTII PHYSIOGNOMONICON

LIBRI I CAPITA

LIBRI II CAPITA

IV. MELAMPODIS

ex palpitationibus diuinatio.

MELAMPODIS

Diuinatio ex naeuis corporis.

I. ARI-

I

ARISTOTELIS

PHYSIOGNOMONICON

GRAECE ET LATINE.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ

[1] ΦΥΣΙΟΓΝΩΜΟΝΙΚΑ.

[2] ΚΕΦ. ά.

[3] Ὅτι φυσιογνωμονεῖν ἐστὶ, καὶ πῶς.

Ὅτι [4] αἱ διάνοιαι [5] ἕπονται τοῖς σώμασι, καὶ οὐκ εἰσὶν αὐταὶ [6] καθ᾽ ἑαυτὰς ἀπαθεῖς οὖσαι τῶν τοῦ σώμα-

CAP. I.

Probat Physiognomoniam esse: hoc est, coniecturam de moribus, ex lineamentis corporis fieri posse. Deinde Physiognomoniae modos explicat.

Quod animae sequuntur corpora, et ipsae secundum se ipsas non sunt impassibiles a mo-

1. Φυσιογνωμονικὰ) Leoniceni, Isingrinii, et Camotii edd. habent Φυσιογνωμικὰ Sed quum in ipso textus principio legatur: Οἱ μὲν οὖν προγεγενημένοι ΦΥΣΙΟΓΝΩΜΟΝΕΣ et κατὰ τρεῖς τρόπους ἐπεχείρησαν ΦΥΣΙΟΓΝΩΜΟΝΕΙΝ, ego in titulo quoque Φυσιογνωμονικὰ scribere haud quaquam dubitaui. *Sylb.* Consentiunt edd. Du Vallii, Aurel. Allobrog., aliae, Auerroes autem φυσιογνωμικὰ et quaedam vulgg. tuentur, minus recte. Auerroi tamen hunc errorem non tribuimus, sed potius librariis et operis, quum in inscriptionibus capitum et textu *physiognomoniam* semper retineat. Et Diogenes Laertius in Aristotele, L. V. S. 25. etiam Φυσιογνωμονικῶν scribit, et ipsa res veritatem huius firmat lectionis, philosophi enim est, philosophorum more scribere. Iam vero φυσιογνωμονικὰ significat librum, qui nos de naturarum cognitione ac diiudicatione instruit, qui artem physiognomonicam tradit; ipsa autem ars φυσιογνωμονία, siue φυσιογνωμοσύνη dicitur. Igitur omnes illi minus accurate loquuti sunt, φυσιογνωμίαν et φυσιογνωμικὴν huic voci substituentes. Aperte enim aduersus graecae linguae genium peccant,

σώματος κινήσεων, [7] τοῦτο (δὲ) δῆλον (πάνυ) γίνεται, ἔν τε ταῖς μέθαις, καὶ (ἐν ταῖς) ἀῤῥωστίαις. Πολὺ

tibus corporis, id manifeſtum fit valde in ebrietatibus et aegritudinibus. Multum nam-

phyſiognomiam et *phyſiognomica* ſcribentes, et ſi in quibuſdam locis ſcriptorum hanc lectionem reperiamus, illam tamen pro vera recipere minime poſſumus, quum ſit reputanda pro falſa, atque inepta, ex correctorum, librariorum, atque operarum erroribus orta. Cf. Voſſius de vitiis ſermonis L. III. c. 34. Hunc quoque errorem errauit Cel. Lauaterus in Reliqq. phyſiogn. P. I. fragm. 2. p. 13. et aliis in locis. Ceterum de auctore libri aliqua ex parte ambigit Fr. Sanchez, in Com. p. 35. priorem quidem operis partem omnino ſtilum redolere Ariſtotelis docendi methodum, ac grauitatem, iure quidem aſſerit, at vero ſecunda, quae incipit a c. 7. multoque magis a c. 8. vſque ad finem, non adeo ſecure eius auctoris dici debere ipſi videtur. Cui quoque ſententiae aliquo ſubſcribit modo Auerroes. Tom. VII. p. 283. b. partes quasdam non inueniens in translatione antiqua, ideoque a recentiori manu Graeco textui additas coniiciens. De quibus ſuo loco nobis erit diſſerendi opportunitas.

2. ΚΕΦ. ά.) Diſtinctio huius operis in capita non eſt in Aldina illa luculenta ed. at Sylburgius, Du Vallius, alii, hanc aſſumſerunt. Auerroes tamen aliam diſtinctionem admiſit, aliaſque capitum inſcriptiones, quas ſuis locis breuiter indicabimus.

3. Ὅτι φυσιογνωμονεῖν etc.) Neque capitum inſcriptiones reperiuntur apud Aldum, alios, nos eas, vt et quamplurimi editores, ex Du Vallii transſcripſimus editione. Auerroes habet: *Phyſiognomonicam ſcientiam reperiri.*

4. Ὅτι αἱ διάνοιαι) Principium tractatus huius, citatur a Stobaeo in Eclogg. Phyſic. L. I. p. 88. ſed ſcriptura in quibuſdam diuerſa. Primum enim ibi pro articulo αἱ legitur coniunctio καὶ, vt etiam in Leoniceni et Iſingrinii editione. Deinde pro σώμασιν ibidem eſt ἀνθρώποις: minus conuenienter. Interpres ſane tum articulum αἱ, tum nomen σώμασι cum vulgg. editionibus agnoſcit; *Quod ani-*

Πολὺ γὰρ ἐξαλλάττουσαι φαίνονται αἱ διάνοιαι ὑπὸ τῶν τοῦ σώματος παθημάτων. Καὶ τοὐναντίον δὴ τοῖς τῆς ψυχῆς παθήμασι τὸ σῶμα [8] συμπά-

que animae mutatae videntur a paſſionibus corporis. Et e contrario quod corpus compatitur paſſionibus animae, manifeſtum circa

mae ſequantur corpora. Sylb. αἱ διάνοιαι hoc loco in vniuerſum animum notant comprehendentem ac regentem vires (δυνάμεις) ceteras, quod ex oppoſito σώμασι apparet. Itaque a praeceptore ſuo Platone diſſentire videtur, qui in Sophiſt. p. 167. dicit: διάνοια μὲν (ἐστὶ) αὐτῆς πρὸς ἑαυτὴν ψυχῆς διάλογος, quique adeo tres ſpecie diſtinctas animas conſtituit, diuerſis quoque in locis degentes, videlicet λογιστικὸν ſeu ἡγεμονικὸν, ratione praeditam et principem in cerebro, θυμοειδὲς, iraſcibilem in corde, ἐπιθυμητικὸν concupiſcibilem in hepate collocans. Sic quoque Suidas Tom. I. p. 617. διάνοιαν pro animi facultate ſumit, ſic enim: τὸ λογικὸν καὶ ἡγεμονικὸν μέρος τῆς ψυχῆς διαιρεῖται εἰς νοῦν, διάνοιαν, δόξαν.

5. Ἕπονται τοῖς σώμασι) Sequuntur corpora. Ergo mutuum eſſe commercium animum inter et corpus, agnouere veteres. Vnde ipſe Ariſtot. de Animal. L. I. c. 1. et 4. actiones et paſſiones omnes animalium toti tribuit compoſito, ita tamen, vt aliae ab animo, aliae a corpore producantur. Neque hoc latuit Galenum, qui et re, et verbis declarauit idem in peculiari libello, inſcripto: ὅτι τὰ τῆς ψυχῆς ἤθη ἕπεται τῇ τοῦ σώματος κράσει, et in L. περὶ τῶν ἁμαρτημάτων καὶ πάθων τῆς ψυχῆς. Praeterea legi merentur, quae ad Ariſtot. locum docte diſſerit Franc. Sanchez in Comm. p 35.

6. Καθ' ἑαυτὰς) Vulgg. editt. habent, μεθ' ἑαυτὰς: mihi καθ' ἑαυτὰς cum Stobaeo et interprete magis placuit. *Sylb.* Aldina quoque μεθ' ἑαυτὰς retinet. Facile autem praepoſitiones κατὰ, μετὰ, παρὰ, περὶ inter ſe permutari a librariis atque operis, norunt propemodum omnes.

7. Τοῦτο (δὲ) δῆλον (πάνυ) etc.) Incluſa, δὲ et πάνυ abſunt ab eodem Stobaeo: itidemque ſeqq. v. (ἐν ταῖς). *Sylb.* In quamplurimis editt. haec verba vncinis incluſa ſunt, et nos eas ſumus ſe-

[8] συμπάσχον. Φανερὸν γίνεται περί τε τοὺς ἔρωτας, καὶ τοὺς φόβους [9] (τε), καὶ τὰς λύπας, καὶ τὰς ἡδονάς. Ἔτι δὲ ἐν τοῖς φύσει γινομένοις, μᾶλλον ἄν τις [10] συνίδοι ὡς οὕτως ἔχει πρὸς ἄλληλα σῶμά τε καὶ ψυχὴ [11] συμφυῆ, ὥς τε τῶν πλείστων ἀλλήλοις αἴτια γίνεσθαι παθημάτων. [12] Οὐδὲν γὰρ πώποτε ζῶον

amores, et timores, et triftitias, et delectationes. Amplius autem et in iis, quae natura fiunt, magis vtique aliquis confpiciet, quod corpus et anima ita fe habent connaturalia, vt fiant caufae plurimarum paffionum ad invicem. Nunquam enim animal factum, vel

quuti, in Aldina autem nude pofita reperiuntur.

8. Συμπάσχον) Stobaeus habet συμπάσχειν: et mox Φανερόν ἐστι περὶ etc. *Sylb.* περί τε τοὺς etc. artic. τοὺς deeft in Aldina.

9. Τε) Inclufa partic. τε abeft ab eodem Stobaeo. *Sylb.*

10. Συνίδοι) Stobaeus συνίδοι ὅτι οὕτως ἔχει. *Sylb.*

11. Συμφυῆ) Summam, ni fallor, animum inter et corpus confpirationem hac voce Arift. indicat, et vnicuique animo fuum effe adaptatum affignatumque corpus, cuius membris tanquam organis atque inftrumentis, in agendo vtatur, ftatuit.

12. Οὐδὲν γὰρ πώποτε ζῶον etc.) Stobaeus, οὐδὲν γάρ που ζῶον, et fq. εἶδος ἔσχηκέ τι ζ. *Sylb.* Confentit cum Arift. Galenus de vfu part. L. I. ab initio. Et Ariftot. fuam fententiam explicat de Anima l. 4. t. 53. Δοκεῖ γὰρ ἕκαστον ἴδιον ἔχειν εἶδος καὶ μορφήν, παραπλήσιον δὲ λέγουσιν, ὥσπερ εἴ τις φαίη, τὴν τεκτονικὴν εἰς αὐλοὺς ἐνδύεσθαι. Δεῖ γὰρ τὴν μὲν τέχνην χρῆσθαι τοῖς ὀργάνοις· τὴν δὲ ψυχὴν τῷ σώματι. *Rationi conueniens eft vnamquamque rem habere formam, et fpeciem propriam. Dicunt vero illi perinde, ac fi quis dicat, artem aedificatoriam ingredi in tibias. Neceffe enim eft, artem quidem vti inftrumentis fuis, animam autem corpore.* Sanchez iam animaduertit in fuo Com. Ariftotelem Pythagoreorum μετεμψύχωσιν refutare, quocum confentit Cafp. Haffmann, in Com. ad Gal. de vfu part. p. 6.

ζῶον γεγένηται τοιοῦτον, ὃ τὸ μὲν εἶδος ἔσχεν ἑτέρου ζώου, τὴν δὲ διάνοιαν ἄλλου. Ἀλλ' ἀεὶ τοῦ αὐτοῦ τό τε σῶμα [13] καὶ τὴν ψυχήν. Ὥς τε ἀναγκαῖον, ἕπεσθαι τῷ τοιῷδε σώματι τοίανδε [14] διάθεσιν. Ἔτι δὲ καὶ τῶν ἄλλων ζώων, οἱ περὶ ἕκαστον ἐπιστήμονες, [15] ἐκ τῆς ἰδίας δύνανται θεωρεῖν, ἱππικοί τε ἵππους, καὶ [16] κυνηγέται κύνας. [17] Εἰ δὲ ταῦτα

generatum est tale, quod formam haberet alterius animalis, animam vero alterius, sed semper eiusdem corpus et animam. Quare necessarium est, consequi tali corpori talem formam. Amplius autem et scientes circa vnumquodque animalium ex forma possunt considerare; equites, equos; et venatores, canes,

A 4

13. Καὶ τὴν ψυχὴν) Stobaeus nominatiuo casu, καὶ ἡ ψυχή, et mox ὡς pro ὥς τε. *Sylb.*

14. Διάθεσιν) Stobaeus habet τοιάν δε διάνοιαν. Interpretis versio, *talem formam*, accedit ad vulg. lectionem. *Sylb.* Magis placet Stobaei lectio, sententiae Aristotelis accommodatior. Supra enim dixerat εἶδος, nullamque inter has voces agnouit differentiam, quae tamen alias intercedit, quod de Philosopho vix asserendum.

15. Ἐκ τῆς ἰδίας) Rectius ἐκ τῆς ἰδέας, vt cum Stobaeo interpres quoque habet, *ex forma. Sylb.* Sic quoque Aldus dat. Si ἰδίας legendum, tunc μορφῆς, vel διαθέσεως vel simile quid subintelligendum.

16. Κυνηγέται κύνας) Vulgatam scripturam, κυνηγέται κύνας agnoscit etiam interpres, *et venatores canes.* Stobaeus habet κυνηγετικοὶ θήρας. *Sylb.* Vtraque lectio ferri potest, nam venatores et ferarum, et canum naturam cognitam habere debent. cf. Xenoph. et Arrian. de Venat. LL.

17. Εἰ δὲ ταῦτα ἀληθῆ εἴη etc.) Haec clausula apud Stobaeum sic exarata est: εἰ δὲ ταῦτα ἀληθῆ ἐστιν, ἀληθὴς εἴη ἂν ἡ φυσιογνωμονία. In Organo quoque, Analyticorum priorum L. II. c. vlt. philosophus docet, an e physiognomonia possint duci argumenta, et quo modo: quod caput huius libri breue

ταῦτα ἀληθῆ εἴη, (ἀεὶ δὲ ταῦτα ἀληθῆ ἐςὶν,) [18] εἴη ἂν Φυσιογνωμονεῖν. [19] Οἱ μὲν οὖν προγεγενημένοι Φυσιογνώμονες, κατὰ τρεῖς τρόπους ἐπεχείρησαν Φυσιογνωμονεῖν, ἕκαςος καθ' ἕνα. [20] Οἱ μὲν γὰρ, ἐκ τῶν γενῶν τῶν ζώων Φυσιογνωμονοῦσι, τιθέμενοι

Si autem haec vera fuerint, femper autem haec vera funt, erit fane ars quaepiam phyfiognomoniae. Itaque priores phyfiognomones, iuxta tres modos adgreffi funt hanc difciplinam, quique iuxta vnum. Alii quidem ex generibus animalium phyfiognomo-

eft quoddam compendium. *Sylb.* Dū Vallius in Opp. Arift. margine annotauit, Stobaei lectionem effe quoque cod. MS.

18. Εἴη ἂν φυσιογνωμονεῖν) Itaque huc vfque declarauit Ariftoteles, dari vtique phyfiognomoniam. Tribus argumentis vfus, 1) quod animae compatiantur corporibus, et v. v. 2) quod cognatio tanta fit inter animam et corpus, vt vnicuique animae fuum fit affignatum corpus. 3) quod arte de hominum moribus iudicium ferre valeamus, quum hoc in aliis animalibus fiat.

19. Οἱ μὲν οὖν) Auerroes capitis II. initium hic facit, cum epigraphe: *Priores tribus modis Phyfiognomoniam fpeculaffe, ac tradidiffe, non tamen perfecte.*

10. Ἰσχίον) Pro ἰσχίον Interpr. legit γένειον, *gena.* Polemo c. 1. περὶ εἴδους ἀνδρείου, habet μέτωπόν τέ λεῖον, et Adamantius περὶ εἴδων ἀνθρωπείων, μέτωπον οὔτε λεῖον, non multum abſimile ἐπισκύνιον ap. eumdem Polem. c. 6. ἐπισχοίνιον et Adam. c. 10., ἐπισκύνιον βαρύ. *Sylb.* Auerroes in margine notat, quosdam legere *gena*, quae lectio melior, quum poſtea ἰσχίον occurrit. Sed nihil muto. Aldus hic et paulo poſt ἰσχύον vitioſe, procul dubio ex operarum errore. Follin. l. l. p. 119. reddit: *optima coxarum compactio.* Ἴσχιον autem ſecundum Suidam eſt, τὸ κοῖλον τοῦ γλουτοῦ, ἐν ᾧ ἡ κοτύλη στρέφεται, *caua pars femoris, in qua caput ipſius voluitur.* Hoc quoque Homerus dicit Iliad. ε. v. 305. ſq. Τῷ βάλεν Αἰνείαο κατ' ἰσχίον, ἔνθα τε μηρὸς Ἰσχίῳ ἐνστρέφεται· κοτύλην δέ τε μιν καλέουσι. *Hoc iecit Aeneae per vertebrum, vbi femur Vertebro inuertitur, vertebrum vero ipſum vocant.*

11. Γαστροκνημίαι etc.) Poſterior tibiae pars carnoſa ſic dicitur, quoniam veluti venter tibiae eſt: forma γαστροκνήμιον quoque occurrit. Follinus reddit: *ſurarum muſculi ad inferiora depulſi*, quippe qui toti corpori firmitatem conciliant.

12. Ὄμμα χαροπὸν) Rufus Epheſius quatuor colores tribuit illi parti oculi, quae contigua eſt pupillae vsque ad album, videlicet μέλαν, *nigrum*, πυῤῥὸν, *rufum*, γλαυκὸν, *caeſium*, et χαροπ.ν *fuluum*, qui eſt color pilis ſubalbidis cameli ſimilis, vel lapidi, quem ὀνυχίτην appellant v. Actuar. περὶ οὔρων L. I. c. 8. Ariſtot. autem de gener. animal. L. V. c. 1. caeſios oculos imbecilles eſſe ſcribit, charopos autem validam indicare naturam; quia naturam in tota ſua integritate deſignant. Fol-

σι συμμῦον· [13] αὐχμηρότερον τὸ χρῶμα τὸ ἐπὶ τοῦ σώματος· [14] ὀξὺ μέτωπον, εὐθὺ, οὐ μέγα· [15] ἰσχίον οὔτε λεῖον, οὔτε παντάπασι ῥυτιδῶδες.

Δειλοῦ σημεῖα, [16] τριχωμάτιον μαλακὸν, τῷ σώματι συγκεκαθικὸς, οὐκ ἐπισπερχές· αἱ δὲ γαστρο-

sus, squallidior color in corpore, acuta frons, recta, non magna: gena, neque laeuis, neque omnino rugosa.

Signa timidi. Pili molles, corpore inclinatus, non erectus, quae sunt sub vm-

lin. p. 119. magis virtutem quam colorem expressit oculi: *formidabiles oculi, nec admodum corrugati, nec omnino expansi, vel explicati.*

13 Αὐχμηρότερον etc.) Mallem reddere *colorem quasi adustum*; nam αὐχμὸς est siccitas ex vehementi aestu, et ille αὐχμός oritur apud fortem ex nimio calore interno. Nostrates: *ein martialisches Ansehen.*

14. Ὀξὺ μετώπον etc.) Bene Follin. l. c. *frons eminens, atque erecta, non tamen magnitudine prodigiosa. Frontem autem* Plinius H. N. L. X. c. 51. (37.) *tristitiae, hilaritatis, clementiae et severitatis indicem* appellat, et Cicero de Legib. L. I. c. 8. *Et is qui appellatur vultus — indicat mores.* Iam vero affectiones forti tributae, ex calido innato sunt, quod assurgendo erectam, et se non nimium distribuendo non adeo magnam efficit frontem. In magna autem fronte confluere humores et spiritus in anteriorem partem Aristot. de partib. animal. L. II. c. 10. affirmat.

15. Ἰσχίον οὔτε etc.) Auerroes; *natis neque lenis, neque omnino rugosa.* Follin. *coxae nec admodum leues, nec omnino rugosae.* Vterque male, nam λεῖος est *laeuis, planus*, quod et ex opposito ῥυτιδῶδες colligendum. Eiusmodi autem coxae robustos musculos designant.

16. Τριχωμάτιον μαλ. etc.) Ex frigiditate omnia haec deducenda sunt, et leporis natura. Follin. l. l. *Lenitudo pilorum; eorumdem ad corporis cutim concidentia, atque in crescendo tarditas incredibilis, surae ad superiora reuulsae.*

γαστροκνημίαι ἄνω ἀνεσπασμέναι· περὶ τὸ πρόσωπον ὕπωχρος· [17] ὄμματα ἀσθενῆ, καὶ [18] (εἰ) σκαρδαμύττει. Καὶ [19] τὰ ἀκρωτήρια τοῦ σώματος ἀσθενῆ· [20] τὰ σκέλη μικρὰ, καὶ χεῖρες λεπταὶ καὶ μακραί· ὀσφὺς δὲ μικρὰ καὶ ἀσθενής· [21] τὸ σχῆμα σύντονον ἐν ταῖς κινήσεσιν· [22] οὐκ ἰταμὸς, ἀλλ'

bilico ſurſum tracta, circa faciem ſubcroceus, oculi imbecilles, et mobiles, et extrema corporis imbecilla, et crura parva, manus longae, et ſubtiles: lumbi autem parui, et imbecilles, figura contenſa in motibus, non vehemens, ſed ſu-

17. Ὄμματα ἀσθενῆ etc.) Mallem cum Follino reddere: *Languidi oculi, et frequentiſſime nictitantes:* Vern. *Matte Augen.*

18. Εἰ σκαρδαμύττει,) Incluſa εἰ abeſt a Leonic. edit. Camotius melius καὶ σκαρδαμύττοντα, vt paulo infra τὰ γὰρ τάχεως σκαρδαμύττοντα. *Sylb.* εἰ deeſt apud Ald. et Du Vall. σκαρδαμύττοντα in MSS. eſſe affirmat. De voce σκαρδαμύσσειν vide Erotian. in Expoſ. Voc. Hipp voce καρδαμύσσειν, nam vtraque forma occurrit, Gorr. in Def. med. ſumtam a naſturtio ait, quod κάρδαμον dicitur, quo ſi quis vtatur, aſſidue oculis conniuet.

19. Τὰ ἀκρωτήρια) Aldus dat ἀκροτήρια.

20. Τὰ σκέλη etc.) Follin. l. l. *Exigua crura, manus tenues atque prolixae.* Auerroes, *Manus longae et graciles.*

21. Τὸ σχῆμα σύντονον) Follin. *figura in motionibus agilis.* τὸ σχῆμα totius complectitur corporis figuram, qua timidus facile mouetur, tremit, fugamque capeſſere poteſt.

22. Οὐκ ἰταμὸς etc.) Follinus non κατὰ πόδα ſequitur Ariſtotelem, ſic enim: *Quod autem ad mores ſpectat, timidus malus non eſt, licet ſocordia ac ſtupore laboret. Eſt illi vultus inconſtans, atque prae ſe fert triſtitiam.* Pro οὐκ Ald. dat οὐχ.

ἀλλ᾽ ὕπτιος; καὶ [23] τεθαμβηκὼς τὸ ἦθος· τὸ ἐπὶ τοῦ προσώπου εὐμετάβολον, κατηφής.

[24] Εὐφυοῦς σημεῖα, [25] σὰρξ ὑγροτέρα, καὶ ἀπα-

pinus, et ſtupefactibilis: mos, qui eſt in facie, mobilis, ſollicitus.

Ingenioſi ſigna. Caro humidior, et

23. Τεθαμβηκὼς) Rectius, opinor, τεθαμβηκώς· Τὸ ἦθος τὸ ἐπὶ τοῦ προσώπου (vt ſupra c. II. καὶ ἐκ τῶν ἠθῶν, τῶν ἐπὶ τοῦ προσώπου ἐπιφ. et c. III. καὶ τὸ ἦθος, τὸ ἐπὶ τοῦ προσώπου ἐπιφ.) εὐμετάβολον, κατηφές. *Sylb.* Du Vallius autem ſic: Melius τεταμβηκὼς τὸ ἦθος τ. ε. τ. π. εὐμετάβολός κ. vel εὐμετάβολον, κατήφες. Eamdem fere formam Homerus tribuit timido Iliad. N. v. 278 ſqq. — ὁ δὲ δειλὸς ἀνὴρ, ὅς τ᾽ ἄλκιμος ἐξεφαάνθη, τοῦ μὲν γάρ τε κακοῦ τρέπεται χρὼς ἄλλυ δις ἄλλῃ Οὐδὲ οἱ ἀτρέμας ἧσθαι. Ἐρητύετ᾽ ἐν φρεσὶ θυμός. Ἀλλὰ μετοκλάζει, καὶ ἐπ᾽ ἀμφοτέρους πόδας ἵζει Ἐν δέ τε οἱ κραδίῃ μεγάλα στέρνοισι πατάσσει Κῆρας οἰομένῳ. Πάταγος δέ τε γίνετ᾽ ὀδόντων. *Et timidus vir, quique fortis apparuerit. Huius enim mali vertitur color alius alio, Neque ei intrepide ſedere compeſcuit in mentibus animus Sed inclinat, et ſuper vtroſque pedes ſedet. Et vere ei cor valde pectoribus pulſat Mortem ferenti, ſtridor autem fit dentium.*

24. Εὐφυοῦς etc.) Follin. l. l. p. 120. Sic: *Bonam indolem nobis oſtendunt caro humidiuſcula, teneriuſculaque, ſed parum robuſta, obeſa autem non nimis.* Duplici autem ſenſu aliquis dici poteſt εὐφυής; primum, qui ex ingenuis prognatus eſt parentibus, quemque ingenuum appellamus, v. Plutarch. de educat. liber. c. I. deinde, cui natura bonam conceſſit indolem, ingenium, quae ſignificatio huius eſt loci.

25. Σὰρξ ὑγρ.) Eiuſmodi caro requiritur, vt ſpiritus eo melius citiuſue per meatus teneros, humidos laxosque ferri poſſint ad ingenii domicilium; ſtricta enim et coarctata caro ſpiritubus impedimenta maxima obiicit, et ingenio inducit tarditatem. Carnem vero ἁπαλοτέραν indicium ingenii perſpicacis eſſe, docet quoque Ariſtotel. de Anima, L. II.

ἀπαλωτέρα, οὐκ εὐεκτικὴ, [26] οὐ δὲ πιμελώδης σφόδρα· [27] τὰ περὶ τὰς ὠμοπλάτας καὶ τράχηλον, ἰσχνό-

mollior, non boni habitus, neque valde pinguis: quae sunt circa musculos scapularum, et

C 5

c. 9. Vocem εὐεκτικὸς de firmo corporis habitu explicat Suidas, et bene Follinus *robustus*. Interpres, *boni habitus*, qui a natura est, et per conseruationem valetudinis simul sustinetur: ambiguitas tamen est in ipsa interpretatione, quasi ii non ingenio pollerent, qui boni sunt habitus. Exemplum quidem Clarani, animo viridis et vigentis, erga quem natura inique se gesserat, atque talem animum male collocauerat, potest huic opponi, sed iam Seneca obseruante ep. XVI. hoc docet: *posse ingenium fortissimum ac beatissimum sub qualibet cute latere.* Igitur et boni habitus corpora, et praui, possunt esse ingeniosa. Mallem tamen, et vti videtur verbis reliquis Aristotelis accommodatius, οὐκ εὐεκτικὴ, *fibris non adeo densis et compactis*, quae conueniunt carni, de qua sermo est.

26. Οὐ δὲ πιμελώδης σφ.) Quamquam pinguedo ex sanguine fiat, tamen frigidae naturae esse intelligitur, vnde nimia pinguedo calorem naturalem imminuit, atque ingenio aduersatur. Quemadmodum enim obesitas corpori in actionibus perficiendis obstaculo est, sic etiam animum in suis turbat operationibus.

27. Τὰ περὶ τὰς ὠμοπλ. etc.) Locus hic laborare aliquo modo videtur, quum enim voces τὰ περὶ τὰς ὠμοπλ. bis occurrant, vel eas duplicem significationem admittere, vel Aristotelem sibi contradixisse asserendum est. Interpres, quem vide, non soluit nodum, neque Auerroes, quem Interpres habet consentientem. Statuimus quidem cum Intp. in priori hemistichio τὰ π. τ. ὠ. esse musculos circa scapulas, quod et Foll. egisse videtur, qui sic: *quae* (sc. carnes) *vero pertinent ad scapulas*, minime vero, quae sunt circa musculos scapularum, vt Interpres reddit satis obscure: at in posteriori, τὰ περὶ τ. ὠ. sunt scapularum li-

ἰσχνότερα, [28] καὶ τὰ περὶ τὸ πρόσωπον· καὶ σύνδετα τὰ περὶ τὰς ὠμοπλάτας, καὶ τὰ κάτω ἀφειμένα· [29] εὔλυτα τὰ περὶ τὰς πλευράς. καὶ [30] τὸ νῶτον ἀσαρκότερον· [31] τὸ σῶμα λευκέρυθρον καὶ καθα-

collum, macriora, et quae ſunt circa faciem, incolligata: quae ſunt circa muſculos ſcapularum, et inferiora, remiſſa: bene ſoluta, quae ſunt circa coſtas: et ſecundum dorſum non carnoſus: corpus album mixto ru-

gumenta ſiue ἀκρωμία, de quibus Rufus in partium hominis nomenclatura, dicit, ſunt, οἱ σύνδεσμοι τῶν κλειδῶν καὶ τῶν ὠμοπλατῶν. Robur huic interpretationi conciliat vox Ariſt. σύνδετα. Ergo verterem: *ligamenta ſcapularum arctius contracta.* Follinus non procul abeſt: *ſcapulae colligatae, atque ad inferiora demiſſae.* Gratiam autem eiuſmodi formae corporis humani tribuiſſe veteres, Terent. auctor eſt, in Eun. Act. II. Sc. 1. v. 22. ſqq. *Demiſſis humeris eſſe, vincto pectore, vt graciles ſient. Si qua eſt habitior paulo, pugilem eſſe aiunt: deducunt cibum. Tametſi bona eſt natura: reddunt curatura iunceas.* Quidni et Gratias in eiuſmodi corporibus reſidere ſtatuamus?

28. Καὶ τὰ περὶ τὸ προσ.) Quae originem ducunt ex calore ſicco, comite agilitatis ſpirituum, quae ſe non patitur grauari a carnis pondere.

29. Εὔλυτα) Agnoſcit etiam Interpres, *bene ſoluta.* Camot. contrario ſenſu, ἄλυτα. *Sylb.* Du Vallius ἄλυτα in MS. eſſe in margine notauit. Εὔλυτα vera lectio, et hac voce reſpicitur ad motum muſculorum intercoſtalium internorum, thoracem exſpirando contrahentium. Liberiorem efficiunt idcirco exſpirationem, et iuuant ingenioſos. Follin. *coſtae ſolutu faciles.*

30. Τὸ νῶτον) Rufus in Nomenclat. νῶτον appellat partem corporis poſteriorem a ceruice vſque ad μετάφρενον. Cf. Polydeuci Onomaſt. de partib. corp. hum. Alii contra partem ceruici ſubiectam, et vt plurimum duodecim comprehenſam vertebris νῶτον nominant.

καθαρόν· [32] τὸ δερμάτιον λεπτόν· [33] τριχωμάτιον μὴ λίαν σκληρὸν, μηδὲ λίαν μέλαν· [34] ὄμμα χαροπὸν, ὑγρόν.

Ἀναισθήτου σημεῖα· [35] τὰ περὶ τὸν αὐχένα καὶ

bore, et purum: cutis ſubtilis: pili non valde duri, vel valde nigri: oculus charopus, humidus.

Inſenſati ſigna. Quae ſunt circa collum

At Ariſtoteles latius ſumit hanc vocem pro tota parte poſteriore ab occipite vſque ad extremum coccygem, triginta quatuor vertebris compacta, Lib. I. hiſt. anim. c. 15. quocum conſentit Feſtus Ant. Rom. L. IV. ab initio.

31. Τὸ σῶμα etc.) Follinus l. l. reddit: *Color ex rubedine et candore conflatus, corpus ſincerum, tenuis cuticula*, quaſi in Graeco eſſet τὸ χρῶμα, ſed quum in voce λευκέρυθρον iam contineatur coloris notio, vox σῶμα retinenda. Color autem ille, mixta aliqua pituitae cum ſanguine portione, eius calorem retundens, prodit, vnde bonae indolis ſignum eſſe poteſt. Τὸ καθαρὸν autem innuit, corpus neque maculis, naeuiſque, neque aliis deformitatibus conſperſum.

32. Τὸ δερμάτιον) Cuticula tenerrima facile perſpirationem, actionibus corporis conuenientem, transmittens.

33. Τὸ τριχωμάτιον etc.) Camot. τρίχωμα τὸ μὴ σκληρ. *Sylb.* Du Vallius MS. auctoritate Camotii firmari lectionem notauit. μὴ δὲ, diviſim Aldus. Niger autem color ex ſucco melancholico oritur, qui per mollitiem pilorum, per ſanguinis affluxum productam, rite temperatur, moderatumque calorem, ingenioſis peculiarem producit. Iam omnes, qui ingenio in literarum doctrinis artibuſque claruerunt liberalioribus, melancholicos fuiſſe tradit Ariſtot. Probl. ſ. 30.

34. Ὄμμα χαρ.) Follin. l. l. *Oculi valde gratioſi, ceterum humidiuſculi.* Non male, nam vultus laetitiam cordis prodens ſic appellatur. De colore per χαροπὸν deſignato ſupra diximus n. 12.

35. Τὰ περὶ τὸν αὐχένα) Nimia enim carnis moles

καὶ τὰ σκέλη σαρκώδη καὶ συμπεπλεγμένα καὶ συνδεδεμένα· 36 κοτύλη στρογγύλη· ὠμοπλάται ἄνω ἀνεσπασμέναι· 37 μέτωπον μέγα, περιφερὲς, σαρκῶ-

et crura, carnoſa, complexa, et colligata: cotyle rotunda: muſculi ſcapularum, ſurſum expanſi: frons magna, circularis, car-

ingenii impedit agilitatem, et qui cibis nimium replentur, et carnoſi fiunt, inepti ſunt ad literarum contentionem.

36. Κοτύλη) Apud Anatomicos ſic dicitur cauitas oſſis profundior, in quam alterum os inſeritur. v. Gorr. in def. med. p. 243. Inſignis eſt locus apud Hom. quem n. 10. laudauimus, oſtendens medicos hanc ſignificationem tribuiſſe huic vocabulo, in Iliad. ε. v. 305 ſqq. Τῷ βάλεν Αἰνείαο κατ' ἰσχίον, ἔνθα τε μηρὸς Ἰσχίῳ ἐνστρέφεται, κοτύλην δέ τέ μιν καλέουσι, Θλάσσε δὲ οἱ κοτύλην, πρὸς δ' ἄμφω ῥῆξε τένοντε, *Hoc iecit Aeneae per vertebrum, vbi femur Vertebro inuertitur, vertebrum vero ipſum vocant, Fregit autem ei vertebrum, ad hoc vtrumque rupit neruum.* Ad Ariſtotelis autem verba quod attinet, plane ignoro, quid ſibi velit Follin. l. l. ſic reddens: *patella rotunda*, non enim video quomodo λεκάνιον, vel ἐπιγονὶς a librariis in κοτύλη permutari potuerit, et editt. omnes, quotquot vidi, refragantur. Auerroes adeo retinuit graecam vocem, *cotyle rotunda.*

37. Μέτωπον μ.) Plures concurrunt cauſae, quae eiuſmodi frontem ſtupiditatis nota ſignant, primo magnitudo, qua multa cerebri ſubſtantia eius cauo ineſſe creditur, ſtupidos reddens homines, deinde rotunditas, quam formam aſinorum frons habet, et tamdem carnis copia ſpirituum inopiam declarans. Ariſtoteles tamen ſibi ipſi contradicere videtur; nam, in Hiſt. Anim. L. I. c. 8. dicit, ὅις μὲν μέγα μέτωπον, βραδύτεροι — — ὅις δὲ περιφερὲς, θυμικοί. *Quibus frons magna, ſegnes,* (ſegnities autem vt plurimum comes eſt ſtupiditatis) *quibus vero rotunda, iracundi.* Quomodo ergo iracundia cum ſtupiditate conuenit? Sed ſalua res eſt, ſi tantum-

σαρκῶδες· 38 Ὄμμα χλωρὸν, κωφόν· 39 κνῆμαι περὶ σφυρὸν παχεῖαι, σαρκώδεις, ϛρογγύλαι· 40 σιαγόνες μεγάλαι, σαρκώδεις· 41 ὀσφὺς σαρκώδης. σκέλη

nosa: oculus croceus: crura circa talum grossa, carnosa, rotunda: mandibulae magnae, carnosae, lumbi carnosi, crura lon-

modo quid μέτωπον sit, definiamus: sic autem Arist. l. l. μέτωπον ἐϛὶ τὸ μὲν ὑπὸ τὸ βρέγμα μεταξὺ τῶν ὀμμάτων, *Frons est sub sincipite posita inter id ipsum et oculos.* Iam uero duplex est rotunditas frontis, nimirum a capillis ad oculos, qualis est frontis asinorum, et deinde a tempore ad tempus, quae iracundiae signum est. Prior ad nostrum, posterior ad laudatum spectat Aristotelis locum.

38. Ὄμμα etc.) Κωφὸν non agnoscit Interpres. *Sylb.* Auerroes, *oculus pallidus, obtusus.* Follin. *Virides oculi ad videndumque ineptissimi.* Paucus siquidem humor influit, atque aciem videndi obtundit.

39. Κνῆμαι etc.) Male Interpres, *crura circa talum,* melius Follinus, *tibiae circa malleolos crassae, carnosae, atque rotundae.* Κνήμη enim est os crassissimum interiori in parte situm, cui soli femur articulatur per διαρθρώσιν. Ipsi annexa est ἡ περόνη sura, fines vero κνήμης καὶ περόνης inferni, qua vtrimque carne priuati et gibbi extraque prominent, σφυρὰ *malleoli* nuncupantur, ab aliis falso *tali.* Vide Galen. de ossibus, c. 22. Nimia autem tibiarum crassities, atque carnositas, ingenii defectum indicat.

40. Σιαγόνες) *Maxillae, mandibulae.* Ephes. Rufus de appellatt. partt. corp. hum. σιαγόνες dictae et παρειαὶ et γνάθοι; quarum altera superior, altera inferior est. Et Auctor Εἰσαγωγῆς, ἢ Ἰατροῦ, σιαγόνες ad mentum vsque descendunt, et hic in mucronem desinunt.

41. Ὀσφὺς σαρκ.) Follin. l. l. reddit, *lumbi impense corpulenti*, quasi in graeco fuisset σφόδρα, siue ἄγαν, sed non opus hanc adiicere particulam, per se enim patet.

σκέλη μακρά· [42] τράχηλος παχύς· [43] πρόσωπον σαρκῶδες, ὑπόμακρον ἱκανῶς· τὰς δὲ κινήσεις καὶ τὸ σχῆμα, καὶ τὸ ἦθος τὸ ἐπὶ τοῦ προσώπου ἐπιφαινόμενον, κατὰ τὰς [44] ὁμοιότητας ἀναλαμβάνει.

Ἀναιδοῦς σημεῖα, [45] ὀμμάτιον ἀνεπτυγμένον καὶ

ga, collum grossum, facies carnosa, sublonga satis: motus autem, et figuram, et morem, qui apparet in facie, secundum similitudines accipit.

Inuerecundi signa. Oculus apertus, et

42. Τράχηλος.) *Crassa cervix*, Follin. At crassa ceruix est eodem Aristotele autore, signum iracundiae, vnde mallem τὸ παχὺς pro synonymo vocis σαρκῶδες habere.

43. Πρόσωπον) Ea pars apud Iul. Pollucem dicitur πρόσωπον, quae fronti subest. Aristot. L. III. c. 1. in fine, de hominis tantum facie πρόσωπον vsurpari asserit, subnectens caussam, διὰ γὰρ τὸ μόνον εἶναι ὀρθὸν τῶν ζώων, μόνον πρόσωθεν ὄπωπε, καὶ τὴν φωνὴν εἰς τὸ πρόσω διαπέμπει. *Nam vnus animalium homo erectus est, solus prospicit anteuersus, vocemque anteversus mittit.* Carnosa autem facies, et longa; ob materiae efformandae quantitatem, et caloris debilitatem, animi agilitati ingenioque aduersa est. Mores autem e facie cognoscere docet peculiaris doctrina προσωποσκοπία, et medici morborum etiam signa ex facie colligentes habent suam προσωποσκοπίαν, de qua egit Quellmalzius peculiari dissertatione. Lips. 1758.

44. Ὁμοιότητας) Hanc vocem cum Cam. probat Interpres, *secundum similitudines accipit*, atque ita etiam infra est, ἐπειδὴ γὰρ τὰ δρώμενα ἐπὶ τῶν σωμάτων λέγεται ἀναφέρεσθαι ἐπὶ τὰς ὁμοιότητας. Leon. et Isingr. parum convenienter habent ὠμοπλάτας. *Sylb.* Aldus legit ὠμοπλάτας, et Follinus, sic enim: *verumtamen motus corporis ac habitum, praeterea vniuersos faciei gestus, scapulas retorquet stupidus.* Auerroes tamen ὁμοιότητας mauult.

45. Ὀμμάτιον etc.) Oculis facile affectiones corpo-

καὶ λαμπρόν· [46] βλέφαρα ὕφαιμα, καὶ παχέα· μικρὸν ἔγκυρτος· ὠμοπλάται ἄνω ἐπηρμέναι. Τῷ σχήματι μὴ ὀρθὸς, ἀλλὰ μικρῷ προπετέστερος. [47] Ἐν ταῖς κινήσεσιν ὀξύς. [48] Ἐπίπυῤῥος τὸ σῶμα· τὸ

ſplendidus, palpebrae ſanguineae, et craſſae, et parum curuus, muſculi ſcapularum ſurſum eleuati, figura non recta, ſed parum prona. In motibus autem acutus, rubeus cor-

ris communicantur, et propter pellucidatem ſunt velvti gemmae, in quibus et vitia et ſordes maxime apparent. Follinus melius quam Interpres expreſſit Ariſtotelis ſenſum: *Hominis impudentiam declarant ſimul expanſi et ſplendidi oculi, palpebrae rubicundae et corpulentae.* Nam τὸ ἀναπτύσσειν proprie de expanſione veſtis vel telae vſurpatur, et τὸ ἀτενὲς quod Ariſt. L. I. c. 10. hiſt. animal. de iisdem adhibet oculis, ſimul includere videtur. Ergo eiuſmodi oculus intelligitur, qui irretorto et aperto adſpectu in aliquem fertur, et conſcientiam bene factorum ſimulare ſtudet. Τὸ λαμπρὸν autem, non ſolum eſt indicium amoris illiciti, ſed et, neque iniuria, impudentiae, quae amores conſequitur, de qua Ouid. de arte amandi L. II. v. 721. ſqq. *Adſpicies oculos tremulo fulgore micantes vt Sol in liquida ſaepe refulget aqua.*

46. Βλέφαρα) Haec oculorum tegumenta ſunt partes membranoſae, et vt plurimum tenuiſſima cute conſtantes, ideoque inter omnia animalia frequentius homo conniuet. V. Ariſt. de part. anim. L. II. c. 13. πολλάκις δ' ὁ ἄνθρωπος, διὰ τὸ λεπτοδερμότατον εἶναι, *homo* conniuet *frequentius, quoniam cutem tenuiſſimam habet.* Vnde de noſtro loco ratio poteſt reddi, nam craſſities palpebrarum ex rigiditate muſculorum moventium cutiſque orta eſt, quia irretortis oculis inuerecundi alios adſpicere ſolent.

47. Ἐν ταῖς κινήσεσιν) Auerroes, *in motibus praeceps.* Follin. autem, *in motionibus agilitas magna,* nam ὀξὺς dicitur is, qui promtus et expeditus eſt in aggre-

τὸ χρῶμα ὕφαιμον· [49] στρογγυλοπρόσωπος· [50] τὸ στῆθος ἀνεσπασμένον.

[51] Κόσμιος, ἐν ταῖς κινήσεσι βραθὺς καὶ [52] διαλεκτικός· [53] Φωνὴ βραδεῖα καὶ πνευματώδης, καὶ [54] ἄσμενής· [55] ὀμμάτιον ἀλαμπὲς, μέλαν, καὶ μή-τε

pore, color sanguineus, facies rotunda, pectus sursum tractum.

Moderati signa. In motibus tardus, loquens tarde: vox tarda, plena, spiritus mitis, oculus hilaris, non splendidus, niger, neque

diendis expediendisque negotiis.

48. Ἐπίπυῤῥος etc.) Follin. *corpus rutilum subsanguineusque color*, quippe qui agilitatem propter celeriorem humorum influxum producit, simulque corpus rubore tingit.

49. Στρογγυλοπρόσωπος) Aldus dat στρογγυλοπρόσωπον. *Rotundam faciem.*

50. Τὸ στῆθος etc.) Auerroes, *pectus sursum contractum.* Follinus vero, *pectus reuulsum.*

51. Κόσμιος) Follin. *Modestus*, quod etiam eo redit, latius tamen patet vox *moderatus.* Modestiam autem descripsit Aristot. in magn. moral. L. II. c. 2.

52. Διαλεκτικὸς) Forsan, καὶ τῇ διαλέκτῳ. *Sylb.* Interpres male, *loquens tarde*, habetque Auerroem consentientem. Melius Follin. *ad disputationes aptissimus*, nam facile cedit, omniaque decenti elegantique profert ratione, et in confabulationibus idcirco gratus.

53. Φωνὴ βραδεῖα) Interpres non accurate, *vox tarda, plena* (quae vox non in Graeco) etc. Melius Auerroes: *cuius vox tarda, et plena spiritu, et mitis.* Follin. *cuius vox tarda est, sed spiritus plena, facilis, atque blanda.* Ad oues enim referuntur tales, ergo haec vox iis competit.

54. Ἀσμενὴς) Interpres videtur legisse εὐμενὴς, dum vertit, *mitis. Sylb.* Consentit Auerroes: Interpunctio aeque ac lectio apud Aldum haec est; πνευματώδης· Ἀσμενὴς ὀμμάτιον· ἀλαμπες. Sic quoque Auerroes legisse videtur: *oculus hilaris, non splendidus etc.*

τε λίαν ἀνεπτυγμένον, μήτε παντάπασι συμμεμυκός, σκαρδαμυκτικὸν βραδέως. Τὰ γὰρ ταχέως σκαρδαμύττοντα τῶν ὀμμάτων, τὰ μὲν δειλὸν, [56] τὰ δὲ θερμὸν σημαίνει.

[57] Εὐθύμου σημεῖα, [58] μέτωπον εὐμέγεθες, καὶ σαρκῶδες, καὶ λεῖον· τὰ περὶ τὰ ὄμματα ταπεινότερα,

valde apertus, neque omnino clauſus, palpebrizans tarde. Oculorum enim, qui celeriter palpebrizant, hi quidem timidum, illi vero calidum ſignant.

Animoſi ſigna. Frons bene magna, et carnoſa, et laeuis; quae ſunt circa oculos, videntur

55. Ὀμμάτιον ἀλαμπές) Non agnoſcit vocem ἀλαμπές Follinus, hunc locum reddendo: *Oculi illis ſunt nigri, nec admodum adaperti, nec conniuentes omnino, ſed tarde admodum concidentes.* Ergo Follini emendatio non adeo repudianda.

56. Τὰ δὲ θερμὸν) Follinus legiſſe videtur τὸν θρασὺν, quae literarum permutatio ſane facillima fuit apud librarios, vertit enim: *hi quidem timiditatem, illi vero ſummam audaciam ſignificant.* Audaces autem cum timidis aliquo modo conuenire docet Ariſtot. de morib. L. III. c. 10. οἱ μὲν θρασεῖς προπετεῖς, καὶ βουλόμενοι πρὸ τῶν κινδύνων, ἐν αὐτοῖς ἀφίστανται, *audaces quidem ſunt praecipites, voluntque ante ipſa pericula periclitari, in ipſis autem conſtituti, abſiſtunt.*

57. Εὐθύμου) Non bene hanc expreſſit vocem Interpres per *animoſus*; nam animoſus eſt idem ac iracundus, forte hanc ſignificationem voci tribuere voluit, qui bono eſt animo, qui laetatur. Auerroes melius, *iucundi*, quem et ſequitur Follinus.

58. Μέτωπον εὐμέγεθες etc.) Auerroes: *frons ingens et carnoſa, et lenis, quae ſunt circa oculos humiliora.* Foll. in idea iucundi hominis, p. 121. *frons magnitudine proceroſa, aequalis et corpulenta, depreſſi oculi.* Frontem vero magnam conferre ad diſtinctam cognitionem, et iudicium acre Ariſtot. docet de partib. anim. L. II. c. 10.

τερα, καὶ [59] ὑπνωδέστερον τὸ πρόσωπον φαίνεται, μήτε δεδορκὸς, μήτε σύννουν. Ἐν δὲ ταῖς κινήσεσι βραδὺς ἔσω καὶ ἀνειμένος, τῷ σχήματι καὶ τῷ ἤθει τῷ ἐπὶ τοῦ προσώπου, μὴ [60] ἐπισπερχὴς, [61] ἀλλὰ ἀγαθὸς φαινέσθω.

[62] Τὰ ῥυτιδώδη τῶν προσώπων, καὶ ἰσχνὰ ὄμματα κατακεκλασμένα, ἅμα δὲ καὶ τὰ [63] κεκλασμέ-

humiliora, et facies ſomnolentior, neque intenſe adſpiciens, neque remiſſe: in motibus tardus erit, et remiſſus figura, et more, qui eſt in facie, non praeceps, ſed videtur bonus.

Inanimoſi ſigna. Rugoſa facies, et macri oculi confracti, ſimul autem et confracta

nam ibi ſanguis fit ſincerior, dum confluentes in anteriorem cerebri partem humores et ſpiritus, refrigerium aliquod patiuntur, et diſtinctam cognitionem producendi aptiores redduntur. Senſu quoque plurimo pollent eiuſmodi homines, ſibique et aliis vitam reddere valent iucundiorem.

59. Καὶ ὑπνωδέστερον.) Auerroes: *Apparet et facies ſomnolentior.* Follin. bene: *ſomnolenta facies, nec admodum explicata, nec cogitabunda.* Itaque ſomnolentior facies diſtinguit iucundum a laſciuo, nec admodum explicata, a leuitatis macula laborante, nec cogitabunda, a melancholico.

60. Μὴ ἐπισπερχής) Auerroes, *non praeceps.* Follin. *minime celer.* Ἐπισπερχὴς enim is dicitur, qui impulſu quodam in aliquid fertur, qui abſque omni conſilio agit, ſine praeuia deliberatione.

61. Ἀλλὰ ἀγαθός) Follin. *ſed ſemper modeſtus*, qui nihil agit, quod ipſi taedium, moerorem, aut dedecus affert.

62. Τὰ ῥυτιδώδη etc.) Ante τὰ ῥυτιδώδη Interpres inſerit ἀθύμου σημεῖα, ſic enim vertit: *Inanimoſi ſigna, rugoſa facies. Sylb.* Follin. verb. ἀθύμου σ. non agnoſcit, Auerroes autem, *Triſtis ſigna.*

63. Τὰ κεκλασμένα) Repetitionem iſtam τὰ κεκλασμένα

κλασμένα τῶν ὀμμάτων, δύο σημαίνει, τὸ μὲν μαλακὸν καὶ θῆλυ, τὸ δὲ κατηφὲς καὶ ἄθυμον. Ἐν τῷ σχήματι ταπεινὸς, καὶ ταῖς κινήσεσιν [64] ἀπηγορευκώς.

[65] Κιναίδου σημεῖα, [66] ὄμμα κατακεκλασμένον· γονύκροτος· ἐγκλίσεις τῆς κεφαλῆς εἰς τὰ δεξιά·

oculorum duo significant, hoc quidem molle, et femininum, illud vero demissum, et pauidum: in figura humilis, et motibus remissus.

Signa cinaedi. Oculus confractus, genu flexibilis, inclinatio capitis ad dextram, motus

τῶν ὀμμάτων agnoscit etiam Interpres, *confracta oculorum*. Paulo planior ergo sententia fuerit, si praeced. v. ante ἅμα periodicam distinctionem collocemus: vt praecedentia adiectiua referantur ad ἀθύμου σημεῖα. *Sylb.* Aldus in margine notauit, quosdam habere κατακεκλασμένα, vti paulo ante. Totum autem locum Foll. sic vertit: *Porro facies rugosa, ac macilenta, praeterea distorti oculi, atque reuulsi duo nobis significant. Illud quidem molle ac effeminatum, hoc vero sollicitum ac triste. Tale autem sortitur homo, qui forma quidem humili est, in motu autem remissus.*

64. Ἀπηγορευκώς.) *Remissus*, qui in omnibus motibus gestibusque se ostendit omni spe destitutum. Eiusmodi animi dispositionem in Niobe eleganter depinxit Ouid. Metam. L. VI. Fab. I. v. 159. sqq.—*Diriguitque malis; nullos mouet aura capillos. In vultu color est sine sanguine: lumina moestis Stant immota genis: nihil est in imagine viuum: Ipsa quoque interius cum duro lingua palato Congelat, et venae desistunt posse moueri, Nec flecti ceruix, nec brachia reddere gestus, Nec pes ire potest.*

65. Κιναίδου.) Aldus dat κιναίδους. Dicti autem sunt autore Perotto in Corn. Cop. p. 844. ἀπὸ τοῦ κινεῖν τὰ αἰδοῖα, hoc est, a virilibus manu tractandis. Ob-

ξιά· 67 αἱ φοραὶ τῶν χειρῶν ὕπτιαι καὶ ἔκλυτοι· καὶ 68 βαδίσεις διτταὶ, ἡ μὲν περινεύοντος, ἡ δὲ κρατοῦντος τὴν ὀσφύν· καὶ 69 τῶν ὀμμάτων περιβλέψεις· οἷος ἂν εἴη Διονύσιος ὁ Σοφιστής.

70 Πικρὸς, τὸ πρόσωπον 71 σεσηρώς· μελανόχως·

manuum ſupini, et diſſoluti, et ambulationes duplices. Haec quidem circumclinantis alia vero tenentis lumbos, et oculorum circumſpectiones, qualis vtique fuerit Dionyſius Sophiſta.

Signa amari. Facie remiſſus, nigri colo-

ſcoenum hominum genus, deteſtandumque, quod e diametro oppoſitum eſt mulierculis tribadibus. In more autem cinaedis erat poſitum, pudenda iuuenum ac adoleſcentum eo potiſſimum agitare conſilio, vt excitarent eorum in ſe libidinem. Omne etiam ſuum ſtudium in id impendebant, vt quaererent, qui virilis membri magnitudine reliquos antecelleret, atque tam deteſtando ſpectaculo, tamquam ſpecie aliqua pulcerrima, oculos ſaepenumero oblectabant.

66. Ὄμμα κατακεκλασμένον) *Oculus confractus*, qualis eſt triſtium, ſed et laſciuorum. Talem oculum viuidis pingit coloribus Ouid. in Ep. Helenae ad Parid. Ep. 17. v. 77 ſq. *Tu modo me ſpectas oculis laſciue proteruis Quos vix inſtantes lumina noſtra ferunt.*

67. Αἱ φοραὶ τῶν χ.) *Motus manuum diſſoluti et ſupini*, mallem, *geſticulationes manuum ſupinae et ſolutae*, quum videlicet cinaedi ea ſollicite remouerint, quae motum manuum impedirent.

68. Βαδίσεις διτταὶ) *ambulationes duplices*; hoc eſt, eiuſmodi ingreſſus, qui produnt duplex illorum munus, de quo Ariſtoteles ſtatim.

69. Τῶν ὀμμάτων περιβλέψεις) *Oculorum circumſpectiones*, id eſt, oculi huc et illuc mobiles, qui ſunt ſignum inconſtantis et inquieti animi, qualis vtique propter amorum illecebras fuere cinaedi.

70 Πικρὸς) *Amarus*, *acerbus*, eſt is, qui iram per

χρως· ἰσχνός· τὰ περὶ τὸ πρόσωπον διεξυσμένος· τὸ πρόσωπον ῥυτιδώδης. ἄσαρκος, εὐθύθριξ, καὶ μελάνθριξ.

72 Θυμώδης. ὀρθὸς τὸ σῶμα· τῷ σχήματι εὔπλευ-

ris, macer, quae ſunt circa faciem quaſi abraſa: facies rugoſa, non carnoſus, recti crines, et nigri.

Signa iracundi. Rectus corpore, figura

longum tempus fouet. Ariſtot. de morib. L. IV. c. 11. Οἱ δὲ πικροὶ, δυσδιάλυτοι, καὶ πολὺν χρόνον ὀργίζονται. Κατέχουσι γὰρ τὸν θυμὸν, παῦλα δὲ γίνεται, ὅταν ἀνταποδιδῷ, ἡ γὰρ τιμωρία παύει τῆς ὀργῆς, ἡδονὴν ἀντὶ τῆς λύπης ἐμποιοῦσα. Τούτου δὲ μὴ γινομένου, τὸ βάρος ἔχουσι. Διὰ γὰρ τὸ μὴ ἐπιφανὲς εἶναι, οὐδὲ συμπείθει αὐτοὺς οὐδείς. Ἐν αὑτῷ δὲ πέψαι τὴν ὀργὴν χρόνου δεῖ. Εἰσὶ δὲ οἱ τοιοῦτοι ἑαυτοῖς ὀχληρότατοι, καὶ τοῖς μάλιστα φίλοις. *Acerbi vero difficulter reconciliantur, et longo tempore iraſcuntur. Continent enim iram, et non, niſi vbi reddiderint, ceſſant: nam vltio his iram ſedat, dum voluptatem loco doloris inducit: quod quouſque non euenit, grauatum animum habent, quia vero id non manifeſtum: neque ſuaſione apud eos vtitur quiſpiam: et ipſi ſecum iram concoquere, non niſi mora quadam temporis poſſunt. Suntque huiuſmodi homines tum ſibi ipſi moleſtiſſimi, tum iis, qui maxime ipſis ſunt amici.* Acerbitatem autem irae eſſe ſpeciem aſſerit Seneca de ira c. 4. L. I. *etiam ſi amarum nos, acerbumque dicimus, nec minus ſtomachoſum, rabioſum, clamoſum, difficilem, aſperum, quae omnia irarum differentiae ſunt.*

71. Σεσηρὼς) Commodum vocabulum amari affectum rite explicans, ore enim aperto et hianti eſſe ſignificat, et vſurpatur potiſſimum proprie de canibus, qui rictu deducto, ita vt conſpiciantur dentes, minitantur, ſeu qui ringuntur.

72. Θυμώδης) Totum hunc locum, paulo aliter quam Interpres, ſic reddit Follin. p. 122. *Iracundus colore rutilo eſt tinctus, cui ſcapulae magnae ſunt, latae,*

εὔπλευρος, εὔθυμος, 73 ἐπίπυῤῥος· ὠμοπλάται διεστηκῆαι, καὶ μεγάλαι, καὶ πλατεῖαι· ἀκρωτηρία μεγάλα, καὶ ἐγκρατῆ· λεῖος καὶ περὶ τὰ στήθη, καὶ περὶ βουβῶνας· εὐπώγων· 74 εὐανθής 75 ὁ περίδρομος τῶν τριχῶν, κάτω κατεληλυθώς.

76 Πραῢς, 77 ἰσχυρὸς τὰ εἶδος, εὔσαρκος· ὑγρὰ σάρξ

bene latus, animosus, subrufus, scapulae distantes, et magnae, et latae, extrema magna, et fortia, laeuis et circa pectus, et circa bubones, barbatus probe, capillorum ambitus floridus, deorsum tendens.

Signa mansueti. Fortis specie, bene car-

aliquoque interuallo distinctae, extremae autem corporis partes, magnae atque rotundae. Ceterum circa pectus et pubem est lenis, mento autem barbatus, atque etiam floridus, ambitum vero capillorum ad inferna habet demissum. Qualis autem sit inter iratum et iracundum differentia, ex Seneca de ira, L. I. c. 4. videndum

73. Ἐπίπυῤῥος) Hic color conciliatur corpori ex pulsu iracundi, qui est altus, magnus, vehemens, celer, creber, spiratio ipsa redditur vehementior, tremit labium inferius, et apud quosdam totum corpus, quae omnia indicio sunt affluxum sanguinis ad exteriores partes non solum fortiorem esse, sed eas quoque rubore tingere.

74. Εὐανθής) *Floridus*, nimirum propter influxum et circulationem humorum ad radices capillorum, quo humectantur et nutriuntur.

75. Ὁ περίδρομος τῶν τρ.) Vulgatam lectionem etiam expressit Interpres: *capillorum ambitus floridus, deorsum tendens.* Polemo, κεφ. ιε. omittit εὐανθής. Sic enim: ὁ περίδρομος τῶν τριχῶν κάτω βλέπων. *Sylb.* Vulgatam lectionem quoque sequutus est Auerroes.

76. Πραῢς etc.) Follinus hunc totum locum sic reddit: *Mansuetus ingenio fortis est, et corpulentus, humida atque copiosa carne redundans, procerosa tamen si, nec immoderata praedi-*

σὰρξ καὶ πολλή· εὐμεγέθης καὶ σύμμετρος, [78] ὕπτιος τῷ σχήματι· ὁ περίδρομος τῶν τριχῶν ἀνεσπασμένος.

[79] Εἴρων· πίονα τὰ περὶ τὸ πρόσωπον, καὶ τὰ περὶ τὰ ὄμματα ῥυτιδώδη· ὑπνῶδες τὸ πρόσωπον τῷ ἤθει φαίνεται.

Μικρόψυχος, [80] μικρομέλης, μικρογλάφυρος. ἰσχνὸς, μικρόμματος, καὶ μικροπρόσωπος· οἷος ἂν εἴη [81] Κορίνθιος ὁ Λευκάδιος.

[82] Φιλό-

nosus, caro humida, multa, bonae magnitudinis, et commensuratus, figura curuus, cursus capillorum sursum vulsus.

Eorum, qui sunt aliorum reprehensores. Oculi sunt rugosi, somnolenta facies de more videtur: quae circa faciem sunt, et oculos, pinguia.

Pusillanimi. Paruorum membrorum, et paruorum articulorum, macer, et paruorum oculorum, et paruae faciei, qualis fuerit Leucadius Corinthius.

D 4

tus magnitudine, verum figura corporis resupina. At capillorum caesaries mansueto reuulsa est.

77. Ἰσχυρὸς τὸ εἶδος) Auerroes, *grauis specie*, id est, qui vultu et gestibus, animi grauitatem, qui ira non facile afficitur, prae se fert. Πρᾳότης enim ἐστὶ μεσότης περὶ ὀργάς. *Mansuetudo enim circa iram mediocritas est.* v. Aristot. de morib. L. IV. c. 11. et L. II. c. 7.

78. Ὕπτιος) Auerroes: *figura curuus.*

79. Εἴρων) Auerroes, *simulator.* Cuius characterem ad viuum descripsit Theophrastus in charact. eth. peculiari capite

80 Μικρομέλης) Paruitas membrorum, et reliquarum partium, de quibus hic ser-

[82] Φιλόκυβοι, γαλεαγκῶνες καὶ [83] ὀρχησταί.
[84] Φιλολοίδοροι, [85] οἷς τὸ ἄνω χεῖλος μετέωρον· καὶ [86] τὰ εἴδη προπετεῖς, ἐπίπυῤῥοι,

Ἐλεή-

Ludi amantes Iuſto breuiorem cubitum habent, gaudent victoria.
Amatores contumeliarum. Quibuſcumque eſt ſuperius labium eleuatum, et ſpecie proni ſunt et rubicundi.

mo., materiae penuriam in his partibus oſtendit, ex qua ad puſillanimitatem poteſt coniici. Hanc puſillanimitatem deſcripſit Ariſtot. de vitiis et virtut. c. 4. et 6.

81. Κορίνθιος etc.) Camot. Κορίνθιος ἢ Λευκάδιος. Interpres nobiſcum, *qualis fuerit Leucadius Corinthius. Sylb.*

82. Φιλόκυβοι) Nimium late Interpres, *ludorum amatores*, melius Auerroes: *Talorum amatores.*

83. Ὀρχησταὶ) Aldus dat ὀρχισταὶ, falſo, ex operarum errore. Interpr. *gaudent victoria.* Auerroes *gaudentes parta victoria.* Neuter recte, nam ὀρχηστὴς eſt, *qui gaudet ſaltatione.*

84. Φιλολοίδοροι) Leon. et Iſingr. φιλόδωροι, ſed φιλολοίδοροι agnoſcit praeter Interpr. etiam Polemo, κεφ. ιϛ´ et autor ipſe infra repetit c.6. *Sylb.* Aldus vitioſe φιλοίδωροι. Auerroes interpretatur *amatores munerum*, et cum Aldo lectionem agnoſcit eamdem, notat tamen in margine, quoſdam legere, *controuerſiarum.*

85. Οἷς τὸ ἄνω χεῖλος) Efformatio haec labiorum pendet ab efformatione oſſis mandibulae ſuperioris. Ergo elatum os ſuperioris mandibulae, qua parte dentes inſeruntur, gingiuas elatas facit, labrumque latum et prominens, illi namque ſuprema parte incumbit: oſſis vero illius eminentia robur ſignificat efformatricis virtutis, proindeque ſpirituum et caloris innati copiam, vireſque robuſtas. Figurae autem partium elatae audaciam et ſuperbiam conciliant, quae vtique in φιλολοιδόρους cadunt.

86. Τὰ εἴδη προπετεῖς) Ita poteſt accipi vt paulo poſt γλαφυροὶ τὰ εἴδη, itidemque Interpres vertit, *ſpecie proni.* Polemo haber, καὶ κάτω

Ἐλεήμονες, [87] ὅσοι γλαφυροὶ, καὶ λευκόχροοι, καὶ λιπαρόμματοι, καὶ τὰ ῥινία ἄνωθεν διεξυσμένοι. [88] καὶ ἀεὶ δακρύουσιν. Αὐτοὶ οὗτοι καὶ [89] φιλογύναιοι, καὶ θηλύγονοι, καὶ περὶ τὰ ἤθη [90] ἐρωτικοὶ, καὶ ἀειμνήμονες, καὶ εὐφυεῖς, καὶ ἔνθερμοι. Τούτων δὲ σημεῖα εἴρηται. Ἐλεήμων, ὁ σοφὸς, καὶ δειλὸς,

Misericordes ſunt, quicumque ſunt albi coloris, et puri, et habent oculos quaſi pingues, et nares deorſum diſtantes, et ſemper plorant. Iidem etiam amatores ſunt mulierum, et gignitores feminarum, et circa mores interrogabundi; et ſemper memores, ingenioſi et calidi: horum autem ſigna dicta ſunt. Miſericors, et ſapiens, et timidus,

D 5

περιπετὴς *Sylb.* Auerroes, *et forma proni.*

87. Ὅσοι γλαφυροὶ, καὶ λευκόχροοι) Interpr. *quicumque ſunt albi coloris et puri.* Auerroes, *quicumque pulcri ac albi coloris.* Vterque poteſtatem vocis γλαφυρὸς non expreſſit, vt plurimum enim de venuſtate formae adhibetur.

88 Ἀεὶ δακρύουσιν) Propter hanc cauſam adeo ex catalogo virtutum eliminare iubet miſericordiam Seneca deClem. L.II. c.5. *Ergo quemadmodum, ait, religio deos colit, ſuperſtitio violat: ita clementiam, manſuetudinemque omnes boni praeſtabunt, miſericordiam autem vitabunt. Eſt enim vitium puſilli animi, ad ſpeciem alienorum malorum ſuccidentis. Itaque peſſimo cuique familiariſſima eſt. Anus et mulierculae ſunt, quae lacrimis nocentiſſimorum mouentur, quae ſi liceret, carcerem effringerent.*

89. Φιλογύναιοι) Videlicet propter animum, qui facile moueri, flectique poteſt, in ſexum ſequiorem amore feruntur.

90. Ἐρωτικοὶ) Interpr. legit ἐρωτητικοὶ, *interrogabundi*, parum ad rem. *Sylb.* Auerroes bene: *et circa mores in amorem propenſi.*

λὸς, καὶ κόσμιος. Ἀνελεήμων, ἀμαθὴς καὶ ἀναιδής.

Ἀγαθοὶ φαγεῖν, [91] οἷς τὸ ἀπὸ τοῦ ὀμφαλοῦ πρὸς

et moderatus. Immisericors, et insipiens, et inuerecundus.

Signa voracis. Voraces sunt hi, quibus id,

91. Οἷς τὸ ἀπὸ τοῦ ὀμφαλοῦ etc.) Voracitas vel ex morbo, vel ex praua consuetudine originem trahit, et variis nominibus appellatur, bulimus, fames canina, malacia, pica, etc. Causa vt plurimum latet in ventriculo, si robustus et satis valens est, gastricusque humor acris, salsus, ac irritans deprehenditur. Fermenti quoque stomachici magnus et nimius vigor aliquid conferre potest. Porro cita ciborum distributio et nouorum assumtio, orta ex mala ventriculi et intestinorum conformatione, vermes, alimenta, chylumque consumendo et ventriculum rodendo, et aliae res hoc malum procreare possunt. Exemplum a verminibus est apud Alex. Trallian L. III. c. 3. Mulier enim, quum multa et immodica assumeret, omniaque concoqueret, medicamento purgante accepto, factaque euacuatione, vermem longitudinis duodecim cubitorum vel plurium eiecit, quo facto anxia et irrequieta rabidaque ciborum conquieuit appetitio. Sic quoque Gelasimus apud Plaut. Stich. Act. II. Sc. I. v. 1. sq. bulimo laborauit; dicit enim: *Famem fuisse suspicor matrem mihi, Nam postquam natus sum, satur numquam fui.* Et Horat. Epist. L. I. ep. 15. v. 37. sqq. de Moenio voraci cecinit: *Ingluuies, et tempestas, barathrumque Macelli Quidquid quaesierat ventri donabat auaro, Exhaustisque bonis patinas coenabat omasi, Pinguis et agnini, tribus vrsis, quod satis esset.* Athen. Dipnos. L. X. c. 1. 2. Thessalios, Pharsalios, Boeotos, Aegyptios, Athletas voraces fuisse scribit, simulque voracitatem Herculis, Vlyssis et aliorum commemorat. Ex Posidonio quoque refert, Theagenem bouem deuorasse, quod tamen omnem excedit fidem. Plura oc-

πρὸς τὸ στῆθος μεῖζόν ἐστιν, ἢ τὸ ἐντεῦθεν πρὸς τὸν αὐχένα.

92 Λάγνος, λευκόχρως, καὶ 93 δασὺς, εὐθείαις θριξὶ καὶ παχείαις, καὶ μελαίναις· καὶ 94 οἱ κρόταφοι δασεῖς εὐθείαις θριξί· 95 λιπαρὸν τὸ ὀμμάτιον καὶ μάργον.

Φίλυπνοι,

quod eſt ab vmbilico ad pectus, maius eſt, quam quod inde eſt vſque ad collum.

Signa luxurioſi. Qui eſt albi coloris, et piloſus, rectis capillis, et craſſis, et nigris, et tempora piloſa, oculus pinguis et laſciuus.

currunt exempla et recentioribus temporibus hominum voracium, quae commemorare non libet. De notiſſimo autem polyphago et allotriophago Vuitebergenſi conf. Viri Cel. Georgii Rud. Boehmeri diſſert. Vuitebergae habitam Anno CIↃ IↃ CC L VII.

92. Λάγνος) *Luxurioſus, libidinoſus, ganeo.* Suidas et Heſych. exponunt, *effuſus ac praeceps in Venerem.*

93. Δασύς) *piloſus.* Auerroes, *hirſutus.* Pilos ex cute oriri, quum humor ex ea exhalat et euaporat, docet Ariſtot. de generat. animal. L. V. c. 3. vbi et de pilorum varietate diſſerit. Cur vero luxurioſi pilis quam plurimis praediti ſunt, ratio eſt in promtu; humidior enim vitae ratio his producendis quam maxime apta eſt, et calor magnus cum humore, qui viget in corpore.

94. Κρόταφοι) *Tempora.* Rufus Eph. l. 1. c. 4. partes a lateribus ſincipitis poſitae, κόρσαι et κρόταφοι appellantur.

95. Λιπαρὸν τὸ ὀμ.) Galen. in com. 5. in Hipp. Epid. VI. videtur τὸ πίων generis loco τοῦ λιπαροῦ καὶ γλυκέος accipere, ſed πίων et λιπαρὸς ſaepe ſynonyma ſunt. vide Ariſt. probl. 23. ὅτι πίων ἐστὶ ὁ ὀφθαλμὸς σαρκὸς δὲ οὐθέν; *quia opimus oculus, nec carnis quidquam in ſe continet.* Hoc loco autem per λιπαρὸν illa vberior pinguedo intelligitur, quae caua oculi, (ὑποφθαλμία) explet, ita vt non intra orbitam deſideant, ſed ſpiri-

Φίλυπνοι, οἱ τὰ ἄνω μείζω ἔχοντες, καὶ [96] γυπώδεις, καὶ θερμοὶ, [97] εὐεκτικὴν σάρκα ἔχοντες, καὶ γλαφυροὶ τὰ εἴδη, καὶ δασεῖς τὰ περὶ τὴν κοιλίαν-

Μνήμο-

Signa ſomnolenti. Amatores autem ſomni ſunt, qui habent ſuperiora maiora: (*curuipedes,*) calidi, habentes carnem boni habitus, eleganti ſpecie, hirſuti circa ventrem.

tuum, optima ſanitate turgeſcentium, copia eleuentur. Luxurioſus enim quoad habitum imaginem ſani refert.

96. Γυπώδεις) Commation iſtud, καὶ γυπώδεις, non agnoſcit Intp., apud Polemonem Κεφ. ιθ′ eſt ὑπνώδεις *Sylb.* Auerroes autem expreſſit illam vocem, *curuipedes.* Mallem vel ex Polemone reſtituere ὑπνώδεις, vel legere γυροὶ ποσί. Curui autem pedes vel a morboſo ſtatu fiunt, v. c. in rachitide, vel ex ſiccitate, qua inaequaliter partes in ſeſe contrahuntur.

97. Εὐεκτικὴν σάρκα etc.) Lucem haec capiunt ex Hippocr. Somnolentos conuiuiorum amicos, carnoſos, bona concoctione praeditos, et vigiliarum inimicos dicit eſſe, vnde ipſis bona corporis diſpoſitio et elegans ſpecies eſt. En loca: de priſca medicina: S. I. p. 13. οἱ μὲν γὰρ ἀριστήσωσι — εὐθὺς βαρέες, καὶ νωθροὶ τὸ σῶμα, καὶ τὴν γνώμην, χάσμης τε καὶ νυσταγμοῦ. *Si enim pranſi fuerint, — ii continuo graues, totoque corpore et mente ſegnes euadunt cum oſcitatione, ſomnolentia.* Et de aere, loc. et aqu. S. III. p. 78. καὶ οἱ ἄνθρωποι σαρκώδεες εἰσὶ, καὶ ἀνάρθροι, καὶ ὑγροὶ, καὶ ἀταλαίπωροι· καὶ τὴν ψυχὴν κακοὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. Τό τε ῥάθυμον καὶ τὸ ὑπνηρὸν ἔστιν ἐν αὐτέοισιν. Ἔς τε τὰς τέχνας παχέες, οὐ λεπτοὶ οὐδ' ὀξέες. *Homines carnoſi ſunt, articulis non diſcreti, humidi, labores non ferentes, ac vt plurimum praui animi. Quin etiam ſegnes ſunt et ſomnolenti, et ad artes craſſi, neque ſubtiles, neque acuti.* Tandem de rat. vict. in morb. ac. S. IV. p. 61. ἀγρυπνίη ἰσχυρὴ πόματα καὶ σιτία ὠμὰ καὶ ἀπεπτότερα ποιέει. *Vehemens vigilia potus ciboſque, tum crudos, tum incoctiores*

Μνήμονες, [98] οἱ τὰ ἄνω ἐλάττονα ἔχοντες, καὶ [99] γλαφύρα, καὶ [100] σαρκωδέστερα.

ΚΕΦ.

Signa memoris. Qui habent ſuperiora minora, ſcita, et carnoſa magis.

reddit. Vnde ſomnolenti, vigilias angue peiores ac cane fugiendo, non ſolum vi oppoſiti, bona concoctione gaudent, ſed et corpus nutriendo admodum reddunt formoſum.

98. Οἱ τὰ ἄνω ἐλάτ. etc.) Ratio huius aſſerti patet ex oppoſito, in Ariſtotele, de anima, L. III. c. 2. in fine. Εἰσὶ δὲ καὶ οἱ τὰ ἄνω μείζω ἔχοντες, καὶ οἱ νανώδεις, ἀμνημονέστεροι τῶν ἐναντίων, διὰ τὸ πολὺ βάρος ἔχειν ἐπὶ τῷ αἰσθητικῷ, καὶ μήτ' ἐξ ἀρχῆς τὰς κινήσεις δύνασθαι ἐμμένειν, ἀλλὰ διαλύεσθαι, μήτ' ἐν τῷ ἀναμιμνήσκεσθαι ῥᾳδίως εὐθυπορεῖν. *Sunt autem et ſuperiora maiora habentes, et nanis ſimiles, minus memoratiui, quam contrarii: propterea quod grauitatem multam habent in ſenſitiuo, et quia neque a principio motus poſſunt immanere, neque in reminiſcendo facile recte procedunt.* Plura huc ſpectantia vide in Cel. et Exp. Erneſti Platneri, de vi corporis in memoria Spec. I. et Spec. II. Lipſ. 1767.

99. Γλαφύρα) Auerroes, *pulcra*, id eſt, bene compoſita.

100. Σαρκωδέστερα) Hac voce innuit temperatiora eſſe debere ignem et aquam, ſiue humidum et ſiccum, in memoria valentibus: quam temperaturam vtique reperimus in carnoſioribus. Vide Hippocr. de vict. rat. L. I. S. IV. p. 17. Ἐκ τούτων δὲ ἡ ψυχὴ συγκρηθεῖσα, φρονιμωτάτη καὶ μνημονικωτάτη. *Ex his autem, vbi contemperationem animus habuerit, prudentia et memoria maxime valet.*

ΚΕΦ. δ'.

1 Ὅτι ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα συμπαθοῦσιν ἀλλήλοις.

Δοκεῖ δέ μοι ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα 2 συμπαθεῖν ἀλλήλοις· 3 καὶ τῆς ψυχῆς ἕξις ἀλλοιουμένη, συναλλοιοῖ τὴν τοῦ σώματος μορφήν· πάλιν τε ἡ τοῦ

CAP. IV.

De signis particulariter.

Videtur autem mihi anima et corpus compati ad inuicem, et animae habitus alteratus simul alterat corporis formam, et iterum for-

1. Ὅτι etc.) Auerroes hic incipit Cap. VII. cum epigraphe: *Inueniendorum Signorum methodus.*

2. Συμπαθεῖν) Iam ab initio libelli simile quid prodidit autor; ex quo mutuum animum inter et corpus intercedere commercium colligitur; et veteres philosophos habet consentientes, quorum tamen iam commemorare nolo placita. Tamen quae de hac harmonia dicit Lucret. de rerum nat. L. IV. v. 345. sqq. apponam; *Ex ineunte aeuo sic corporis atque animaei Mutua vitales discunt contagia motus. Maternis etiam in membris, aluoque reposta; Discidium vt nequeat fieri sine peste maloque: Vt videas, quoniam coniuncta' st causa salutis, Coniunctam quoque naturam consistere eorum* et v. 334. sqq. *Nec sine vi quidquam vlterius sibi posse videtur Corporis atque animi seorsum sentire potestas; Sed communibus inter eos conflatur vtrimque Motibus accensus nobis per viscera sensus*, et v. 557. sqq. *Denique corporis atque animi innata potestas Inter se coniuncta valent, vitaque fruuntur. Nec sine corpore enim vitales edere motus Sola potest animi per se natura, nec autem Cassum anima corpus durare, et sensibus vti.*

3. Καὶ τῆς ψ.) Pro vulg. ψυχὴ legit etiam Interpres ψυχῆς; *quando enim animae est contristari. Sylb.* Sic et Auerroes: *quoniam enim inest animae tristari et laetari.* Ald. inserit ἡ, καὶ ἡ τῆς ψ.

τοῦ σῶματος μορφὴ ἀλλοιουμένη, συναλλοιοῖ τὴν τῆς ψυχῆς ἕξιν. Ἐπειδὴ γάρ ἐστι ψυχῆς, τὸ ἀνιᾶσθαι τε καὶ εὐφραίνεσθαι, [4] καταφανὲς ὅτι οἱ ἀνιώμενοι σκυθρωπότεροί εἰσι, καὶ οἱ εὐφραινόμενοι, ἱλαροί. [5] Εἰ μὲν οὖν ἦν τῆς ψυχῆς λελυμένης, ἔτι τὴν ἐπὶ τοῦ

ma corporis alterata ſimul alterat animae habitum. Quando enim animae eſt triſtari et laetari, manifeſtum eſt quod triſtes obſcurae faciei ſunt, gaudentes autem hilaris. Siquidem igitur anima diſſoluta, formam, quae eſt

4. Καταφανὲς ὅτι etc.) Vultu affectus prodi certum eſt. Qua de re multi veterum egregie praeceperunt. v. c. Cicero de orat. L. III. c. 59. *Animi imago vultus eſt, indices oculi. Nam haec eſt vna pars corporis, quae, quot animi motus ſunt, tot ſignificationes, et commutationes poteſt efficere. Oculi ſunt quorum tum intentione, tum remiſſione, tum coniectu, tum hilaritate, motus animorum ſignificemus apte. Oculos natura nobis, vt equo et leoni ſetas, caudam, aures, ad motus animorum declarandas dedit.* Et Seneca in Hercule Oetaeo v. 704 ſq. — *Licet ipſa neges; vultus loquitur quodcumque tegit.* Et in Agamemn. v. 124 ſq. — *Quid tacita verſas? Licet ipſa ſileas, totus in vultu dolor eſt.* Ac in Thyeſt. v. 329 ſqq. — *Multa, ſed trepidus ſolet Detegere vultus; magna volentem quoque Conſilia produnt.* Tibullus quoque L. III. El. 7. v. 3. ſq. *Nec bene mendaci riſus componitur ore, Nec bene ſollicitis ebria verba ſonant.* Atque Ouid. Metam. L. II. Fab. 1. v. 447. *Heu quam difficile eſt crimen non prodere vultu.* Sed haec ſufficiant.

5. Εἰ μὲν οὖν etc.) Leon. et Iſing. εἰ μὲν οὖν ἔτι τῆς ψυχῆς λελυμένης, τὴν ἐπὶ τοῦ σώματος μορφὴν οὖσαν, ἣν μ. nullo plane ſenſu. Noſtra et Camotii lectio Interpretis quoque conſenſum habet; *ſiquidem etc.* vſque *contigerit. Sylb.* Aldus dat: εἰ μὲν οὖν ἦν τῆς ψυχῆς λελυμένης, τὴν ἐπὶ τοῦ σώματος μορφὴν, ἣν μὲν κ. τ. λ. Sententia haec aſſerto innititur Ariſtot. animam ſe habere ad corpus, vt artifex ad in-

τοῦ σώματος μορφὴν μένειν, ἣν μὲν ἂν καὶ οὕτως ἡ ψυχή τε καὶ τὸ σῶμα συμπαθῆ· οὐ μέντοι συνδιατελοῦντα ἀλλήλοις. Νῦν δὲ καταφανὲς, ὅτι ἑκάτερον ἑκατέρῳ [6] ἕπεται· μάλιστα μέντοι ἐκ τοῦδε δῆλον γένοιτο. Μανία γὰρ δοκεῖ εἶναι περὶ ψυχήν. Καὶ οἱ ἰατροὶ φαρμάκοις [7] καθαίροντες τὸ σῶμα,

in corpore, adhuc exſiſtere contigerit, ſane et ita anima et corpus compatibilia forent, quamuis conferentes ad inuicem non forent. Nunc autem manifeſtum, quod vtrumque ſeſe conſequitur. Maxime id ex hoc manifeſtum fit: Mania videtur eſſe circa animam, et medici medicinis purgantes corpus,

ſtrumentum, et ſeruus ad dominum, vnde dicit Eudemior. L. VII. c. 10. τό, τε γὰρ σῶμά, ἐστιν ὄργανον σύμφυτον, καὶ τοῦ δεσπότου ὁ δοῦλος, ὥσπερ μόριον καὶ ὄργανον ἀφαιρετόν, τὸ δ' ὄργανον ὥσπερ δοῦλος ἄψυχος. *Corpus enim eſt inſtrumentum congenitum, et ſeruus domini velut particula, et inſtrumentum ſeparabile: inſtrumentum autem velut ſeruus inanimatus.* Itaque ſeparatione facta et compaſſio tollitur. Igitur haud iniuria quaerit Seneca ep. LXXXVIII. *quid facturas ſit animus, quum per nos aliquid facere deſierit: quomodo libertate ſua vſurus, quum ex hac effugerit cauea: an obliuiſcatur priorum, et illic noſſe ſe incipiat, poſtquam de corpore abductus in ſublime ſeceſſit.*

6. Ἕπεται) Vide quae diximus ad Cap. I. p. 5. not. 5.

7. Καθαίροντες) Cf. Hippocr. de affect. S. V. p. 85. τούτοισι τοῖσι φαρμάκοισιν ἀποκαθαίρονται, ὧδε χρῆσθαι — ὅσοι δὲ μαλαγχολεῦσι τὰ ὑφ' ὧν μελαίνα χολὴ καθαίρεται. *In his, vt ea repurges medicamentis, ad hunc modum vtendum. — Melancholicis exhibeto, a quibus bilis atra repurgatur.* Vide et Aretaeum de cauſſ. et not. diut. aff. L. I. c. 5. de curat. diut. morb. L. I. c. 5. Alex. Trall. L. I. c. 17. Paul. Aegin. de re med. L. III. c. 14. Oribaſ. Synopſ. L. VIII. c. 7. Aetium, Tetr. II. Serm. II. c.

μα, καὶ διαίταις τισὶ [8] πρὸς αὐτὸ χρησάμενοι, ἀπαλλάττουσι τὴν ψυχὴν τῆς μανίας. Ταῖς δὴ τοῦ σώματος θεραπείαις, καὶ ἅμα ἥ τε [9] τοῦ σώματος μορφὴ λέλυται, καὶ ἡ ψυχὴ μανίας ἀπήλλακται. Ἐπειδὴ οὖν ἅμα ἀμφότερα λύονται, δῆλον ὅτι συνδιατελοῦσιν ἀλλήλοις, Συμφανὲς δε καὶ [illegible] [10] ὅτι

et diaetis vtentes in ipſis, permutant animam a mania. Curationibus autem corporis, ſimul et corporis forma ſoluitur, et anima a mania permutatur. Quoniam igitur vtraque ſoluuntur, palam fit, quoniam conferunt ad inuicem. Manifeſtum inſuper eſt,

9. 10. 11. Actuar. de meth. medendi L. IV. c. 2.

8. Πρὸς αὐτὸ) Cam. πρὸς αὐτοῖς: ſicut etiam Interpres: *et diaetis vtentes in ipſis. Sylb.* Auerroes: et *victibus nonnullis vtentes in ipſis permutant animum a mania.*

9. Τοῦ σώματος μορφὴ λέλυται) Interpres, λύεται, *ſoluitur. Sylb.* Conſentit Auerroes. Videlicet in anima cauſa princeps maniae eſt, ſed corpus ſimul patitur, quod potiſſimum conſpicere licet in illa manias ſpecie, λυκανθρωπία dicta, qua homines lupinam quamdam naturam induentes, nocte intempeſta hac illacque circumcurſitant, atque in monumentis ſolitudinibuſque oberrant, luporum in morem: interdiu vero reuertuntur, et ad ſe redeuntes domi reſident. His pedes cruraque cruenta ſunt, quod in lapides et ſpinas impingant, oculi linguaque ſqualent, ſiti enecantur, et debiliter intuentur. Nihilo tamen ſecius purgantibus curantur, quia Actuar. autore de meth. med. L. I. c. 16. *Horum omnium cauſa eſt infeſtantis humoris tum qualitas, tum quantitas: ad haec locus, quem dum propius accedit, animae ibidem actionem proritat et excitat.* Hoc de morbo docte et eleganter diſſeruit Ill. ac Exper. Chriſti. Godof. Grunerus, in Antiqq. Morbb. p. 229. ſqq.

10 ὅτι ταῖς δυνάμεσι τῆς ψυχῆς ὅμοιαι αἱ μορφαὶ τοῖς σώμασιν ἐπιγίνονται. Ὥς τέ ἐστιν ἅπαντα ὅμοια ἐν τοῖς ζώοις, τοῦ αὐτοῦ τινος δηλωτικά. 11 Παρὰ δὲ καὶ ὧν διαπέπρακται τὰ ζῶα, τὰ μὲν ἴδια ἑκάστου γένους πάθη τῶν ζώων 12 ἐστὶ, τὰ δὲ κοινά. Ἐπὶ μὲν οὖν τοῖς ἰδίοις ἔργοις τῆς ψυχῆς, ἴδια τὰ πάθη κατὰ τὸ σῶμα· ἐπὶ δὲ τοῖς κοινοῖς, τὰ κοινά. Κοινὰ μὲν οὖν ἐστιν, 13 ὕβρις τε, καὶ

quod virtutibus animae, ſimiles corporis formae fiunt: quare erunt omnia ſimilia in animalibus, eiuſdem cuiuſpiam declaratiua. Multa autem animalia ſunt, et quae operantur: hae quidem propriae paſſiones vniuscuiuſque ſexus animalium ſunt, aliae vero communes. In propriis igitur operibus animae, propriae paſſiones ſecundum corpus, in communibus autem communes. Communes qui-

10. Ὅτι ταῖς δυνάμεσι) Non hoc ſolum in virtutibus, ſed et affectibus conſpicuum fit, ſic enim Ariſt. de anima, L. I. c. 1. T. 14. Ἔοικε δὲ καὶ τὰ τῆς ψυχῆς πάθη πάντα εἶναι μετὰ σώματος, θυμὸς, πραότης, φόβος, ἔλεος, θάρσος· ἔτι χαρὰ, καὶ τὸ φιλεῖν τε καὶ μισεῖν· ἅμα γὰρ τούτοις πάσχει τὸ σῶμα. *Videntur autem et animae paſſiones omnes eſſe cum corpore, ira, manſuetudo, timor, miſericordia, confidentia, adhuc gaudium, et amare et odiſſe: ſimul enim cum his aliquid patitur corpus.*

11. Παρὰ δὲ) Pro παρὰ Leonic. et Camot. habent τὸ μὴ. Iſing. margo τομή. Interpres neſcio quae veſtigia ſequutus vertit: *multa autem animalia ſunt — vſque communes. Sylb.* Aldus quoque τὸ μὴ δε καὶ ὧν. Auerroes: *declaratiua: hae vero minime. Et quibus animalia operantur, hae quidem etc.*

12 Ἐστὶ, τὰ δὲ κ.) Aldus ἐστὶ δὴ κοινά. Auerroes: *illae vero communes.*

13. Ὕβρις) Mallem vertere, *petulantia*, prouenien potiſſimum ex nimia nutritione, ſeque poſt paſtum de-

καὶ [14] ἡ περὶ τὰ ἀφροδίσια ἔκστασις. Τῶν μὲν οὖν λοφούρων [15] ἢ οὐ λοφούρων, κοινόν ἐστιν ὕβρις· τῶν δὲ ὄνων τε καὶ συῶν, ἡ περὶ τὰ ἀφροδίσια [16] ἕξις. Ἴδιον δ' ἐστὶν ἐπὶ μὲν τῶν κυνῶν, [17] τὸ λοίδορον·

dem ſunt, iniuria, et qui eſt circa Venerea exceſſus: lacerararum, et vilium, communis eſt iniuria: porcorum, et aſinorum habitus, qui eſt circa Venerea: maſticando coeunt. Proprium autem eſt, in canibus quidem con-

E 2

clarans: ratio, cui nitor, eſt in ſqq. verbis ἡ περὶ τὰ ἀφροδίσια ἔκστασις, quae ſequitur haud raro petulantiam, et ὕβρις de petulantibus quoque dicitur animalibus.

14. Ἡ περὶ τὰ ἀφροδ. etc.) Circa Venerea exceſſus. Eleganter ſane; exprimit enim amoris vehementiam, qua quis toto prae amore corpore tremit, et ipſius nimium vſum praeterque naturae ordinem. Sic quoque occurrit ἔκστασις de extraordinario grauique ſomno apud LXX. Interpp. Gen. II. 21. et XV. 12. et reſpondet Hebr. תַּרְדֵּמָה *grauis, praeternaturalis ſomnus.*

15. Ἢ οὐ λοφούρων) Leonic. pro ἢ οὐ λοφούρων, habet ἢ λοθούρων: itidemque prior editio Aldi: Cam. ἢ νοθούρων: Bud. ἢ μοθούρων poſſet etiam νωθούρων admitti: quod Heſychius et adiectiue exponit, ὁ δυνάμενος συγγίνεσθαι, et ſubſtantiue ὄνος. *Sylb.* Λόφουρα autem ſunt animalia, ſetas in ceruice erectas habentes in modum criſtae, et caudam, ſeu quae criſtas habent et caudam. Auerroes reddit, *iumentorum et non iumentorum.* Interpres quomodo legerit, *laceratarum, et vilium* vertendo, vix augurari poteſt, forte μοθώνων, *hominum vilium.*

16. Ἕξις) Ἕξις hic pro πτόησις videtur poſitum, vt infra apud Polem. I. Κεφ. ϛ'. καὶ εἰς ἀφροδίσια ἐπτοημένον ἄνδρα δηλοῦσιν, niſi forte ἔκστασις legendum, vt paulo ante. *Sylb.* Auerroes habet cum Interpr. *habitus*, et ad marginem notat verba: *maſticando coeunt.*

17. Τὸ λοίδορον) Interpr. *contumelioſum*, mallem, *impetum faciens*, ſicuti λοιδορία

δορον· ἐπὶ δὲ τῶν ὄνων, [18] τὸ ἄλυπον. Ὡς μὲν οὖν τὸ κοινόν τε καὶ τὸ ἴδιον χρὴ διελέσθαι, εἴρηται. Δεῖ μέντοι πρὸς ἅπαντα πολλῆς [19] συνηθείας, εἰ [20] μέλλοι τὶς αὐτὸς ἔσεσθαι [21] ἱκανὸς περὶ τούτων ἕκαστα λέγειν. Ἐπειδὴ γὰρ τὰ ὁρώμενα ἐπὶ τῶν σωμάτων λέγεται ἀναφέρεσθαι ἐπὶ τὰς ὁμοιότητας, τάς τε ἀπὸ τῶν ζώων, καὶ τὰς ἀπὸ τῶν πράξεων γινομένας, καὶ [22] ἰδέαι τινὲς ἄλλαι ἀπὸ θερμοτήτων καὶ ἀπὸ ψυχροτήτων γίνονται. Ἔστι δὲ τούτων ἔνια τῶν ἐπιφαινομένων, ἐπί τε τοῖς σώμασι, μικραῖς διαφοραῖς κεχρημένα, καὶ τῷ αὐτῷ ὀνόματι προσα-

tumelioſum: in aſinis autem non triſte. Quomodo igitur commune quidem et proprium conuenit diſtingui, dictum eſt. Opus autem eſt multa conſuetudine, ſi quis debet eſſe ſufficiens ad dicendum ſingula de his. Quoniam enim ea, quae videntur in corporibus, dicuntur referri ad ſimilitudines, quae fiunt ab animalibus, et ab actibus; et differentiae quidem aliae a caliditate et frigiditate fiunt. Sunt enim horum quaedam apparentium in corporibus parua differentia vtentia, et eodem no-

et σκῶμμα impetum in aliquem verbis, et morſum notat.

18. Τὸ ἄλυπον) Auerroes, *indolens.*

19. Συνηθείας) Συνήθεια hoc loco eſt, exercitatio multa, et inde acquiſitus habitus, ſtudium ex ſimilitudinibus animantium proprium et commune eruendi atque inueniendi.

20. Μέλλοι) Rectius indicat. *μέλλει. Sylb.*

21. Ἱκανὸς) Interpr. et Auerroes, *ſufficiens.* Mallem, *ſatis inſtructus, aptus.*

22. Ἰδέαι) Auerroes reddit *proprietates*, quaſi legerit ἰδιότητες ſiue τὰ ἴδια, in

προσαγορευόμενα· οἷον ἅι τε ἀπὸ [23] φόβων ὠχρότητες, καὶ ἀπὸ πόνων. Αὗται γὰρ ὀνόματί τε τῷ αὐτῷ [24] κέχρηνται, καὶ διαφορὰν μικρὰν ἔχουσι πρὸς ἀλλήλας. Μικρᾶς δὲ οὔσης τῆς διαφορᾶς, οὐ ῥᾴδιον γινώσκειν, ἀλλὰ ἢ ἐκ τῆς [25] συνηθείας τῆς μορφῆς τὴν ἐπιπρέπειαν εἰληφότα. Ἔστι μὲν οὖν καὶ τάχιστος καὶ ἄριστος ὁ ἀπὸ τῆς ἐπιπρεπείας. Καὶ ἔστι γε οὕτως τούτῳ χρώμενον, πολλὰ διαγινώσκειν· καὶ οὐ μόνον καθόλου χρήσιμόν ἐστιν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν τῶν σημείων ἐκλογήν. Ἕκαστον γὰρ τῶν ἐκλεγομένων, καὶ πρέπειν δεῖ τοιοῦτον,

mine appellata: vt pallores, qui fiunt a timoribus, et qui a laboribus: hi enim eodem nomine vtuntur, et differentiam paruam habent inter ſe: parua autem differentia exiſtente, non facile eſt cognoſcere, ſed ex conſuetudine formae, apparentem quidem aſſumere conuenientiam oportet. Eſt autem optimus modus et citiſſimus, qui eſt ab apparente conuenientia: et contingit ita eo modo vtentem multa cognoſcere: et non ſolum vniuerſaliter vtile eſt, ſed ad electionem ſignorum ſingularium. Electorum etiam quodque decere oportet tale, vt quod

margine autem notauit ἰδέαι. Interpres, *differentiae.*

23. Φόβων) Auerroes: *terroribus*, ſane admodum emphatice, et rei, de qua agitur, conuenienter.

24. Κέχρηνται) Non minus conuenienter legeris, κέκληνται. *Sylb.*

25. Συνηθείας τῆς μορφῆς.) Adiectio τῆς μορφῆς firmat noſtram interpretationem not. 19.

τον, οἷον τὸ ἐκλεγόμενον θέλει. Ἔτι τε καὶ κατὰ τὴν ἐκλογὴν τῶν σημείων, [26] καὶ τῷ συλλογισμῷ, ᾧ δεῖ χρῆσθαι, ὅπου ἄν τι τύχῃ, προστιθέντας τοῖς προσοῦσι, τὰ προσήκοντα· οἷον εἰ ἀναιδής τε εἴη καὶ μικρολόγος, καὶ κλέπτης ἂν εἴη καὶ ἀνελεύθερος· καὶ κλέπτης μὲν [27] ἑπομένως τῇ ἀναιδείᾳ, τῇ δὲ μικρολογίᾳ ἀνελεύθερος. Ἐπὶ μὲν οὖν τῶν τοιούτων ἑκάστου, δεῖ τοῦτον τὸν τρόπον [28] προσαρμόζοντα, τὴν μέθοδον ποιεῖσθαι.

ΚΕΦ.

eligitur, vult. Amplius autem ſecundum electionem ſignorum, et ſyllogiſmo, quo vti opus eſt, vbicumque contingat, conuenientibus adiungentes conuenientia: vt ſi inverecundus erit, et paruiloquus, et fur vtique erit, et illiberalis: et fur quidem conſequens inuerecundiam, et paruiloquium illiberalis. In talibus igitur quibuſque oportet hoc modo ſecundum conuenientiam fieri methodum.

26. Καὶ τῷ συλλογισμῷ) Alius eſt modus inueſtigandi naturas hominum, videlicet aliam ex vna propenſione in homine colligendi, eamque beneficio Dialectices, ſyllogiſmo facto, deducendi. Quod exemplo inverecundi illuſtratur, ſic ſexcenta addi poſſent, nam v. c. qui eſt libidini deditus eſt, luxurioſus, prodigus, hilaris, liberalis etc.

27. Ἑπομένως) Fortaſſe rectius ἑπόμενον. Interpres ſane vertit, *conſequens*. *Sylb.* Auerroes quoque agnoſcit ἑπόμενον.

28 Προσαρμόζοντα etc.) Interpres, *ſecundum conuenientiam fieri methodum*. Auerroes autem, *congruentem fieri methodum*.

ΚΕΦ. ε.

[1] Τοῦ τῶν ζώων γένους διαίρεσις εἰς ἄῤῥεν καὶ θῆλυ, πρὸς τὸ φυσιογνωμονεῖν, παρδάλεως καὶ λέοντος παράδειγμα.

Νῦνι δὲ πρῶτον πειράσομαι τῶν ζώων διελέσθαι, ὁποῖα αὐτῶν προσήκει διαλλάττειν, πρὸς τὸ εἶναι ἀνδρεῖα καὶ δειλὰ, καὶ δίκαια καὶ ἄδικα. Διαιρετέον δὲ τὸ τῶν ζώων γένος εἰς δύο [2] μορφὰς, εἰς ἄῤῥεν

CAP. V.

Distinctio maris et feminae ad physiognomoniam.

Nunc autem primum tentabo genera animalium distinguere, et quae ipsorum convenit permutari, vt sint fortia, et timida, et iusta, et iniusta. Distinguendum autem animalium genus in duas formas, in

1. Τοῦ τῶν ζ.) Auerroes hic incipit C. VIII. inscriptum: *Passionum, Habituumque in animalibus distinctio, ex masculini femininique generis comparatione.* Interpres legisse tantum videtur, διαίρεσις εἰς ἄῤῥεν καὶ θῆλυ πρὸς τὸ φυσιογνωμονεῖν. Graeca autem inscriptio vertenda: *Distinctio animalium quoad genus in masculinum atque femininum, physiognomonizandi causa, exemplo pardalis ac leonis declarata.*

2. Μορφὰς) Recte Interpres et Auerroes *formas*, nam μορφὴ et Latinorum *forma*, de forma totius corporis, de speciei integritate vsurpatur, v. Hippocr. de aere aqu. et loc. S. III. p. 77. Ἔνεισι δὲ καὶ ἐν τῇ Εὐρώπῃ φῦλα διάφορα ἕτερα ἑτέροις — καὶ τὰς μορφὰς, καὶ τὰς ἀνδρείας. *Sunt et in Europa gentes, tum forma, tum magnanimitate differentes;* et Cicero de officiis L. I. c. 35. *Principio corporis*

ἄῤῥεν καὶ θῆλυ, προσάπτοντα τὸ πρέπον ἑκατέρᾳ μορφῇ. Ἔστι δὲ ὅμοια. [3] Ἐπιχειροῦμεν οὖν τρέφειν τῶν θηρίων (τὰ) [4] προσηνέστερα· καὶ μαλακώτερα

masculinam et in femininam, adiungentem passiones conuenientes vnicuique formae. Sunt enim similia. Et quae conamur nutrire ferarum, mansuetae magis, et molliores

nostri magnam natura ipsa videtur habuisse rationem, quae formam nostram, reliquamque figuram, in qua esset species honesta, eam posuit in promtu.

3. Ἐπιχειροῦμεν) Leonic. et Ising. ἐπιχειρῶν μὲν οὖν τρέφει: Interpres nobiscum: *conamur nutrire. Sylb.* Aldus quoque Leon. et Ising. retinet lectionem. Auerroes itidem, *conamur.*

4. Προσηνέστερα etc.) Malim cum articulo τὰ προσην. *Sylb.* Nos τὰ cum Du Vallio vncinis inclusimus. Τὰ enim deest apud Aldum et Sylb. Quod autem mansuetae magis molliorسque feminae maribus sint, ex frigiditate corporis deducendum. Liceat ad Aristot. L. IV. c. 1. de generatione animalium prouocare, vbi dicit Ἔτι εἰ πᾶσα πέψις ἐργάζεται θερμῷ, ἀνάγκη καὶ τῶν ζώων τὰ ἄῤῥενα τῶν θηλέων θερμότερα εἶναι. Διὰ γὰρ ψυχρότητα καὶ ἀδυναμίαν, πολύαιμα κατὰ τόπους τινὰς τὸ θῆλυ μᾶλλον. *Item, si omnis concoctio calore efficitur, mares quam feminas esse calidiores necesse est. Ob frigiditatem enim, et impotentiam femina sanguine abundat quibusdam sui corporis locis.* Consentientem habet Hippocr. de natura pueri S. III. p. 17. καὶ τούτου αἰσθάνεται τῆς γυναικὸς τὸ σῶμα. Ὑγρότερον γάρ ἐστιν ἢ τὸ τοῦ ἀνδρός. *Id quod mulier sensu percipit, quum viro sit longe humidior.* Cf. de vict. rat. L. I. S. IV. p. 17. Sed Hippocr. his repugnare videtur de morb. mulier. L. I. S. V. p. 153. θερμότερον γὰρ τὸ αἷμα ἔχει ἡ γυνή· καὶ διὰ τοῦτο θερμοτέρη ἐστὶ τοῦ ἀνδρός. *Calidiorem enim sanguinem habet mulier, ideoque viro calidior est.* Sed salua res est, nam humiditas et mollities carnosarum partium hanc temperat caliditatem, atque sanguinis quoque copia mensibus imminuitur. Ne-

κώτερά ψυχὰς τὰ θήλεα τῶν ἀῤῥένων, ἧττόν τε ῥωμαλεούμενα, [5] τάς τε τροφὰς, καὶ τὰς χειροηθείας μᾶλλον προσδεχόμενα. Ὥς τε τοιαῦτα ὄντα, εἴη που ἂν [6] ἀθυμότερα τῶν ἀῤῥένων. Καταφανὲς

secundum animas feminae maribus ſunt, minus autem fortes: verum nutrimenta, et aſſuetudinem manuum recipientes magis. Quare exiſtentes tales, erunt alicubi minus iracundae

E 5

que argumentum pro abundantia ac caliditate ſanguinis a quibuſdam allatum ex fluxu menſtrui ſanguinis, aliquam habere poteſt vim, quum iam a Philoſopho noſtro in verbis locum ſupra laudatum ſeqq., eneruatum ſit abque diſcuſſum. Ergo feminae ſunt frigidiores maribus, et minus habent caloris innati et ſpirituum. Illaque frigiditas cauſa eſt, cur multo facilius maribus manſueſiant, animumque emollire ſuum patiantur, et minus fortes ſint.

5. Τάς τε τροφὰς) Nam propter naturae infirmitatem inediam diu non posſunt ferre, neque vti capti ferarum mares abſtinent a nutrimentis; et manibus tractari ſe permittunt; non ſolum vt manſueſiant, ſed etiam vt in artibus proficiant, in quibus bruta inſtituuntur. Hanc vim autem nutrimenta habere, ſi inter homines verſantur ferae, non ſolum probat experientia, ſed et Seneca, de ira L. III. c. 8. *Quae res*, ait, *quantum poſſit*, *intelliges*, ſi *videris feras quoque conuictu noſtro manſueſcere: nulli que immani beſtiae vim ſuam permanere, ſi hominis contubernium diu paſſa eſt. Retunditur omnis aſperitas, paulatimque inter placida dediſcitur.* Totum autem hunc locum ſic explicat Ariſt. hiſt. anim. L. IX. c. 1. μαλακώτερόν τε γὰρ τὸ ἦθός ἐστι τὸ τῶν θηλειῶν, καὶ τιθασσεύεται θᾶττον, καὶ προσίεται τὰς χεῖρας μᾶλλον, καὶ μαθηματικώτερον. *Sunt enim feminae moribus mollioribus, miteſcunt celerius et manum facilius patiuntur. Diſcunt etiam, imitanturque ingenioſius.*

6. Ἀθυμότερα) *Minus iracundae.* Iracundia quidem,

φανὲς δὲ τοῦτο ἐξ ἡμῶν πού ἐστιν· ὅτι ἐπὰν ὑπὸ θυμοῦ κρατηθῶμεν, [7] δυσπαραπιστότεροί τε, [8] καὶ μάλιστα ἐῤῥώμεθα πρὸς τὸ μηδαμῇ μηδὲν [9] εἶξαι· ἐπὶ τὸ βιάζεσθαι δὲ καὶ πρᾶξαι φερόμεθα, πρὸς ὃ ἂν

maribus. Manifestum autem id ex nobis alicubi est: quoniam quum ira vincimur, difficulter prudentes, et maxime fortes sumus ad nihilum veniendum: ferimur autem ad violentiam inferendam, et patrandum

vt et reliqui affectus proprie in animalia praeter hominem non cadunt. Insignis est locus apud Senecam de Ira L. I. c. 3. *Dicendum est, feras ira carere, et omnia praeter hominem. Nam quum sit inimica rationi, nusquam tamen nascitur, nisi vbi rationi locus est. Impetus habent ferae, rabiem, feritatem, incursum: iram quidem non magis, quam luxuriam. Et in quasdam voluptates intemperantiores homine sunt. Non est quod credas illi, qui dicit: Non aper irasci meminit, non fidere cursu Cerua, nec armentis incurrere fortibus vrsi. Irasci dicit, incitari, impingi. Irasci quidem non magis sciunt, quam ignoscere. Muta animalia humanis affectibus carent, habent autem similes illis aliquos impulsus.* Igitur quoque de minoribus impulsibus ex frigidiori temperie ortis locus noster est explicandus, quos impulsus, si affectus nominare velis, per me licet. Parallelus est loc. ap. Arist. hist. anim. L. IX. c. 1. ἀθυμότερα δὲ τὰ θήλεα πάντα ἀῤῥένων.

7. Δυσπαραπιστότεροί τε) Conuenientius fortasse δυσπαραπειστότεροι, *minus nos persuaderi ac seduci patimur. Sylb.* Firmat hanc coniecturam lectio et interpretatio Auerrois, *difficillime persuasibiles.*

8. Καὶ μάλιστα ἐῤῥώμεθα) Leonic. et Camot. μάλιστα ὁρώμεθα: Interpres nobiscum: *maxime fortes sumus. Sylb.* Auerroes Leonic. et Camot. habet lect., vertit enim: *et maxime respicimus, ne quidquam vsquam eueniat.*

9. Εἶξαι) Leon. et Isingr. εἶναι pro εἶξαι. *Sylb.*

ὃ ἂν ὁ θυμὸς [10] ὁρμήσῃ. Δοκεῖ δέ μοι καὶ [11] κακουργότερα γίνεσθαι τὰ θήλεα τῶν ἀῤῥένων, καὶ προπετέστερά τε, [12] καὶ ἀνελεύθερα, καὶ ἀναλκέστερα. Αἱ μὲν οὖν γυναῖκες καὶ τὰ περὶ ἡμᾶς τρεφόμενα, καὶ πάνυ που φανερὰ ὄντα. Τὰ δὲ περὶ τὴν ὕλην, πάντες ὁμολογοῦσιν οἱ νομεῖς τε καὶ

ad quodcumque ira impulerit. Videntur autem mihi magis malefica fieri feminea masculis, et proteruiora, et minus defensiua. Feminae igitur et quae circa nos nutriuntur, valde manifesta sunt. Quae vero sunt circa siluam, omnes confitentur pastores, et

10. Ὁρμήσῃ) Leonic. et Isingr. ἁρμόσῃ. *Sylb.* Aldus quoque ἁρμόσῃ. Auerroes ὁρμήσῃ, *ad quodcumque ira impulerit.* Si ἁρμόσῃ retinetur, sensus est, *ad quodcumque ira apta est pronaque.* Sed haud dubie ὁρμήσῃ vera lectio. Nam de impetu, de appetitu, qui et de feris dici potest vsurpatur apud Cicer. de offic. L. I. c. 29.

11. Κακουργότερα etc.) Commentarii loco esse possunt, quae Aristot. histor. anim. L. IX. c. I. profert: ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις γένεσι τὰ θήλεα μαλακώτερα καὶ κακουργότερα, καὶ ἧττον ἁπλᾶ, καὶ προπετέστερα. *Et in ceteris sunt procul dubio molliores, verum malitiosores, astutiores, insidiosioresque feminae.* Auerr. autem locum nostrum sic reddit: *Videntur autem mihi magis malefica fieri feminea masculis, et proteruiora, petulantiora, et illiberaliora, et debiliora.* Ratio autem haec est, quia appetitum magis sequuntur quam masculi; et idcirco facilius vincuntur et feruntur ad passiones animi, et proterviam, tamen in exsequendis actionibus malis debiles sunt propter roboris et virium defectum.

12. Καὶ ἀνελεύθερα) Commation istud, καὶ ἀνελεύθερα, nec Camot. agnoscit, nec Interpres. Non absurde forte legeris καὶ ἀμελέστερα, vt infra apud Adam. L. II. c. I. τὴν πᾶσαν ὄψιν τοῦ σώματος μαλακωτέραν, ἀμελεστέραν. *Sylb.* Auerroes retinet ἀνελεύθερα, at ἀμελεστέρα melius, quum non adeo curis afficiantur feminae, vt viri.

καὶ θηρευταὶ, ὅτι τοιαῦτά ἐστιν οἷα προείρηται. Ἀλλὰ μὴν καὶ τόδε δῆλον, ὅτι ἕκαστον ἐν ἑκάστῳ γένει θῆλυ, ἄῤῥενος [13] μικροκεφαλώτερόν ἐστι, ([14] καὶ) [15] στενοπροσωπότερον καὶ λεπτοτραχηλότερον, καὶ [16] τὰ στήθη ἀσθενέστερα ἔχει, καὶ ἀπλευρότερά ἐστι,

venatores, quod talia ſunt, qualia ſunt dicta. At vero et hoc manifeſtum eſt, quod ſingularium in vnoquoque genere, femina mare minoris capitis, et anguſtioris faciei, et ſubtilioris colli ſit: et pectora imbecilliora ha-

13. Μικροκεφαλώτερον) Minus vere, vt patet etiam ex Adam. L. II. c. I. τὸ θῆλυ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἔχει τοῦ ἄῤῥενος κεφαλὴν μικροτέραν. *Sylb.* Aldus vitioſe, μικροκεφαλοφρώτερον. Veritatem rei declarat Ariſtot. de part. anim. L. II. c. 8. Ἔχει δὲ τῶν ζώων ἔγκεφαλον πλεῖστον ἄνθρωπος, ὡς κατὰ μέγεθος, καὶ τῶν ἀνθρώπων οἱ ἄῤῥενες τῶν θηλειῶν. *Homo inter omnia animalia plurimum cerebri habet, ſcilicet proportione ſui corporis, et inter homines mares plus quam feminae.* Et paulo poſt, καὶ ῥάφας δὲ πλείστας ἔχει περὶ τὴν κεφαλὴν, καὶ τὸ ἄῤῥεν πλείους τῶν θηλειῶν διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν, ὅπως ὁ τόπος εὔπνους ᾖ, καὶ μᾶλλον ὁ πλείων ἐγκέφαλος. *Iuncturas etiam plurimas in capite homo habet, et mas plures, quam femina; eadem de cauſa, vt locus ſpirantior ſit: et amplius in quo plus cerebri habetur.* Hoc autem propterea neceſſe eſt, quod mas ad operationes, quibus ſe dat, maiori copia indiget ſpirituum. Ergo κατ᾽ ἀναλογίαν id, quod de homine dicit, ad cetera referendum eſt animantia.

14. Καὶ) Incluſa καὶ abeſt a Leonic. et Camot. editt. *Sylb.*

15. Στενοπροσωπότερον καὶ λεπτοτρ.) Facies nimirum anguſta et ceruix reſpondens proportioni capitis.

16. Τὰ στήθη etc.) *Pectora imbecilliora habent, et minorum coſtarum ſunt.* Interpres cum Auerroe ſic interpretatur. Mallem interpretari, *pectus anguſtius*, quam imbecillius. Nam imbecillitas facile recipit iniurias, et quamquam mulier debilior viro, tamen morbis pe-

ἐστι, [17] τά τε ἰσχία καὶ τοὺς μηροὺς περισαρκότερα τῶν ἀῤῥένων. [18] Γονύκροτα δὲ, καὶ τὰς κνήμας λεπτὰς

beant et minorum laterum ſunt, femora autem magis carnoſa maribus, genua mollia, et

ctoris non eſt magis obnoxia. Vnde anguſtius pectus exprimit verba Ariſtotelis, non tantum propter caloris debilitatem, ſed etiam ratione conformationis, quae reliquis corporis partibus conueniens eſſe debet. Quod et Galenus in L. de arte ab initio aſſerit: ὑγιεινόν ἐστιν ἁπλῶς σῶμα, τὸ ἐκ γενετῆς εὔκρατον μὲν ὑπάρχον, τοῖς ἁπλοῖς καὶ πρώτοις μορίοις· σύμμετρον δὲ, τοῖς ἐκ τούτων συγκειμένοις ὀργάνοις. *In vniuerſum autem corpus eſt ſanum, quod per generationem bona temperie eſt, et ex ſimplicibus et principibus partibus conſtat. Proportio autem in organis ex iis ſtructis conſpicitur.* Iam vero femina frigidior eſt maſculo, caput habet minus, ergo quoque pectus neceſſario habet anguſtius, proindeque infirmiora latera, quum latera fortia eſſe nequeant, niſi pectus exſtiterit robuſtum, et amplum, in feminis autem eſt debile et arctum.

17. Τά τε ἰσχία καὶ τοὺς μ.) Interpr. *femora autem magis carnoſa maribus.* Auerroes, *coxendices autem, et coxas magis carnoſas maribus.* Prouida vero natura mulieribus coxas carnoſiores conceſſit maribus, quia foetui portando partes carnoſiores ſunt aptiores, et quia ſedentariam vitam, curae rerum domeſticarum adaptatam, quamplurimae viuunt, cui molliores res ſunt accommodandae, vt a dolorum ſenſu ſint liberae v. Galen. de vſu part. L. III. c. 3.

18. Γονύκροτα etc.) Auerroes bene, *Genua autem flexibilia, et crura gracilia habent.* Mollia, etiam dici poſſunt ex Hom. Il. I. v. 501. Καὶ ῥα πάροιθ' αὐτοῖο καθίζετο, καὶ λάβε γούνων Σκαιῇ, δεξιτέρῃ δ' ἄν ὑπ' ἀνθερεῶνος ἑλοῦσα. *Ipſo in conſpectu ſedit, laeuaque prehendens Molle genu, dextra mulcebat ſupplice mentum.* Hominis genubus quamdam ineſſe religionem Plin. H. N. L. XI. c. 45. aſſerit, quia ipſis ineſt vitalitas. Vnde et ſua, quod proci norunt, non deſtituuntur gratia.

λεπτὰς ἔχοντα, [19] τοὺς δὲ πόδας κομψοτέρους· [20] τήν τε τοῦ σώματος μορφὴν [21] ἡδίω μάλιςʼ ἂν ἢ γενναιοτέραν. [22] Ἀνευρότερα δὲ καὶ μαλακώτερα, ὑγροτέραις σαρξὶ κεχρημένα. Τὰ δὲ ἄῤῥενα, τούτοις ἅπασιν ἐναντία, τὴν φύσιν ἀνδρειοτέραν καὶ δικαιοτέραν εἶναι [23] γένει, τὴν δὲ τοῦ θήλεος [24] δειλοτέραν καὶ ἀδικωτέραν.

Τούτων

crura ſubtilia habeant, Pedes vero pulcriores et formam totius corporis molliorem, quam fortiorem. Minus neruoſa autem ſunt, et molliora, praedita humidioribus carnibus: Maſculina autem his omnibus contraria habentia, natura ſunt fortiore, et iuſtiore genere; femina autem eſt timidior et iniuſtior natura.

19. Τοὺς δὲ πόδας κ.) *Pedes vero pulcriores.* Reſpicitur partim ad exiguitatem atque tenuitatem, reliquis corporis partibus conuenientem: ſic enim Plinius H. N. L. XI. c. 45. (111.) *Pedes homini maximi*, proportione molis, *feminis tenuiores in omni genere*, partim ad molle vitae genus, et inde prouenientem debilitatem.

20. Τὴν δὲ τοῦ σώματος etc.) *Et formam totius corporis molliorem, quam fortiorem.* Μορφὴ h. l. ad duo referri debet; 1) ad carnes formam conſtituentes, 2) ad humorum naturam. Mollior eſt feminis habitus corporis, propter molliores carnes et humiditatem abundantem. Sanguinis autem frigiditas gratum colorem conciliat faciei, quae gratia ac venuſtas allicit viros ad amorem.

21. Ἡδίω μάλιςʼ) Fortaſſis congruentius ἡδίω μᾶλλον ἢ γενναιοτέραν. *Sylb.* Quoſdam ſic legere in margine Du Vallius notat.

22. Ἀνευρότερα etc.) Molliores contingunt feminis carnes ob copiam ſanguinis, minus autem neruoſae; et proinde languidae ſunt ob remiſſiorem calorem; ipſis enim minor eſt caloris et ſpirituum copia.

23. Γένει) Γένει agnoſcit etiam Interpres, *natura ſunt*

Τούτων οὕτως ἐχόντων, φαίνεται τῶν ζώων ἁπάντων [25] λέων τελεώτατα μετειληφέναι τῆς τοῦ ἄῤῥενος ἰδέας. Ἐςὶ γὰρ ἔχων ςόμα [26] εὐμέγεθες· τὸ δὲ πρόσωπον [27] τετραγωνότερον, οὐκ ἄγαν ὀςῶδες, [28] τὴν ἄνω τε γένυν οὐ προεξεςηκῦαν, ἀλλὰ ἰσοῤῥοποῦσαν

His ita ſe habentibus, videtur leo omnium perfectiſſimum in aſſumendo maris formam. Leo enim habet os magnum, faciem autem quadratam, non valde oſſeam, ſuperiorem mandibulam non eminentem: ſed aequa-

fortiore, et iuſtiore genere. Structura paulo conuenientior fuerit, ſi ſcribas λέγε. De ſexus differentia et morum proprietate prolixe Philoſophus diſſerit etiam initio L. IX. hiſt. animal. *Sylb.* Auerroes habet etiam, *genere.*

24. Δειλοτέραν) Timidior femina propter frigiditatem, iniuſtior propter aſtutiam atque petulantiam.

25. Λέων) Auerroes margini appoſuit haec: *De Leone, omnium animalium formam perfectiſſime aſſumente.* Leo ideo refertur ab Ariſt. in hiſt. anim. L. I. c. 1. ad ζῶα ἐλεύθερα, καὶ ἀνδρεῖα, καὶ εὐγενῆ, *animalia liberalia, fortia, et nobilia.* Vnde Plinius, L. VIII. c. 16. 17. *Leoni praecipua generoſitas, tunc quum colla armoſque veſtiunt iubae.* Ceterum Follin. in ſpec. nat. hum. haec verba non vertit, ſed παραφράζει ſic, c. 9. p. 27. *Inter omnia animalia, leo ex ipſa maſculi idea feliciſſimam ſibi ſortem accepit.*

26. Εὐμέγεθες) Auerroes, *os ingens.* Follin. l. c. *vaſtum enim os habet.* Quum per ſe leo ſit calidum animal, ex amplo ore coniectare licet, ipſam naturam, plenis vt buccis aerem trahat, quo caliditas inflammetur, inſtrumentum hoc ei conceſſiſſe.

27. Τετραγωνότερον) Auerroes comparatiuo gradu, recte; *quadratiorem.*

28. Τὴν ἄνω τε γ.) Follin. c. 9. p. 27. reddit: *ſuperiorem maxillam non ad interiora protenſam, ſed ex aequo inferiori correſpondentem.*

ποῦσαν τῇ κάτω· [29] ῥῖνα δὲ παχυτέραν ἢ λεπτοτέραν· χαροποὺς ὀφθαλμοὺς, ἐγκοίλους, οὐ σφόδρα περιφερεῖς, οὔτε ἄγαν προμήκεις· μέγεθος δὲ μέτριον, [30] ὀφρὺν εὐμεγέθη· μέτωπον τετράγωνον, ἐκ μέσου ὑποκοιλότερον· [31] πρὸς δὲ τὰς ὀφρῦς καὶ τὴν ῥῖνα [32] ὑπὸ τοῦ μετώπου, οἷον νέφος

liter pendentem deorſum: naſum autem magis craſſum, quam ſubtilem, oculos charopos, concauos, non valde rotundos, neque valde protenſos: magnitudinem vero moderatam, ſupercilium magnum: frontem quadratam ex medio ſubcauam: ad ſupercilia autem, et naſum ſub fronte velut nubes

29. Ῥῖνα δὲ etc.) Follin. l. l. *Habet naſum magis craſſum, quam tenuem, formidabiles oculos, atque concauos, nec oblongos pluſquam rationi conueniat.* Perottus in cornu cop. p. 527. propter oculos et calorem Leonem comparari cum ſole ſcribit: *Quemadmodum enim leo impetu, ac calore cetera praeſtat animalia, ſic ſol cetera ſidera. Leo pectore, ac priore corporis parte validus eſt, poſterioribus partibus degenerat: ſic ſolis potentia prima diei parte ad meridiem increſcit, et prima parte anni a vere in aeſtatem mox elangueſcens deducitur: vel ad occaſum, qui diei: vel ad hiemem, quae anni videtur eſſe pars poſterior. Idemque ſemper oculis patentibus ac igneis cernitur, quemadmodum ſol patenti, atque igneo oculo terram perpetuo cernit, infatigabilique conſpectu.*

30. Ὀφρὺν εὐμ.) Auerroes preſſe ſequitur verba: *ſupercilium ingens.*

31. Πρὸς δὲ τ. etc.) Paulo aliter Foll. l. l. *Ceterum commoderata praeditus magnitudine, ſupercilia magna, frontem quadratam, circaque mediam regionem, veluti in nebulam quamdam degenerat.*

32. Ὑπὸ τοῦ μετώπου.) Forſan rectius, ὑπὸ τῷ μετώπῳ. *Sylb.* Foll. legiſſe videtur, ὑπὸ τῷ μέσῳ τόπῳ, et permutatio facilis fuit in μετώπῳ, vel ὑπὸ τῇ μέσῃ χώρᾳ, vertit enim *circa mediam regio-*

φος ἐπανεστηκός. [33] Ἄνωθεν δὲ τοῦ μετώπου κατὰ τὴν ῥῖνα ἔχει τρίχας ἐκκλινεῖς, [34] οἷον ἂν ἄσυλον· [35] κεφαλὴν μετρίαν, τράχηλον εὐμήκη, [36] παχὺν, σύμμε-

superstat: supra frontem, iuxta nasum, habet pilos inclinatos: caput moderatum: collum bonae longitudinis, grossum, innodatum,

nem. Iam et τόπος et χώρα de partibus humani corporis vsurpantur, sic Hippocrates de locis in homine librum confecit, et apud Latinos regionis vox occurrit v. c. regio epigastrica etc.

33. Ἄνωθεν δὲ τ. etc.) Gesnerus κατὰ ῥῖνα non *iuxta nasum* cum vet. interpr. vertit, sed *e regione nasi*. *Sylb*. Follin. l. c. *Siquidem desuper ad ipsas nares pilos habet decliues.*

34. Οἷον ἂν ἄσυλον) Commation istud Interpres non habet; nec suspicione profecto caret, sicut et ἀναστεῖλον infra c. VI. οἱ τοῦ μετώπου τὸ πρὸς τῇ κεφαλῇ ἀναστεῖλον ἔχοντες: quod de eodem leone ibidem vsurpatum, Interpres vertit *eleuatum*. Haud scio an verior scriptura sit οἷον ἀνάσιλλον: sicut scilicet apud Hesych. ἀνάσιλλον est τρίχωμα τὸ διὰ τοῦ μετώπου ἐπὶ τὴν κορυφὴν ἐσταμμένον: Etymolog. ἀνεσταμμένον, et ἀνασεσιλλῶσθαι, ἐσταμμένας ἔχειν τὰς τρίχας. Ita enim locus e loco videtur corrigendus apud Lexicographum. Ἀνάσιλλον ergo scil. τρίχωμα erunt hic pili sursum versus erecti: quales Germanica lingua *contrasetas* appellat, Itali et Galli *contrapilos*. *Sylb*. Auerroes ἄσυλον bona fide vertit: *habet pilos inclinatos, velut asylum*. Follin. non vertit haec verba, ergo in exemplari eius haec defuerunt verba, et fortasse fuerunt glossema, quod irrepsit in textum.

35. Κεφαλὴν etc.) Follin. reddit: *Habet praeterea Leo caput magnitudine commoderatum, ceruicem oblongam, sed crassitie mediocrem, pilisque flauis decoratam, nec horridis, nec reuulsis.*

36. Παχὺν, σύμμετρον) Vulgatam lectionem etiam agnoscit Interpres, *grossum, moderatum*. Cam. legit πάχει σύμμετρον. Gesn. παχὺν συμμέτρως, *moderate crassum*: ne sibi autor videatur contradicere. *Sylb*. Auerroes, *crassum, commensuratum*.

σύμμετρον, 37 θριξὶ ξανθαῖς κεχρημένον, οὐ φριξαῖς, οὔτε ἄγαν ἀπεστραμμέναις· 38 τὰ περὶ τὰς κλεῖδας, 39 εὐλυτώτερα μᾶλλον, ἢ 40 συμπεφραγμένα. 41 Ὤμους ῥωμαλέους, καὶ στῆθος νεανικὸν, καὶ τὸ μετάφρενον πλατὺ, καὶ εὔπλευρον, καὶ

crinibus flauis, non planis, neque valde crispis: quae sunt circa iuncturam spatularum spatiosa magis, quam coniuncta: scapulas fortes, et pectus iuuenile: et metaphrenon la-

37. Θριξὶ ξ.) Qui iubam efficiunt, de quibus Plin. l c. *armosque vestiunt iubae.* Θρὶξ hic est pro χαιτὴ vt Arist. hist. anim. L. IX. c. 44. εὐλοτριχώτερον dicit.

38. Τὰ περὶ τὰς κλεῖδας) Auerroes: *Quae sunt circa humerorum claues, spatiosa magis, quam coniuncta.* Follin. vero: Quae ad *clauicularum spectant regionem, agilia potius, quam impedita sortitur.* Κλεῖδες autem sunt clauiculae, iuncturae, omoplatam cum sterno coniungentes. Vide Galen. de ossibus ad Tyronem c. 15. et de vsu partium L. XIII. 12. et Ruf. Ephes. in Nomencl. L. I. c. 10. σφαγὴ quoque ab Aristot. in hist. animal. L. I. c. 14. appellatur. Sunt qui cum Celso L. VIII. c. 8. *iugulum* appellant, quia ea vox a iungendo profecta videtur.

39. Εὐλυτώτερα) Aldus dat εὐλυτότερα, male.

40. Συμπεφραγμένα) Vocabulum satis commodum coniunctionem hanc apte exprimens, *septo cinctas, commissura iunctas.*

41. Ὤμους etc.) Auerr. *Humeros fortes, et pectus iuuenile, et metaphrenon latum: robustis costis, robustoque dorso abunde praeditum.* Follin. autem, *vegetum humeris, validum pectus, thoracem vastum, validis costis, ac tergora circumvallatum.* Translatio Follini magis placet, nam τὸ νεανικὸν, *robustum* bene reddit, iuuenes enim in flore aetates constituti robore valent. Μετάφρενον vero ex sententia veterum est τὸ μεταξὺ τοῦ νώτου καὶ ὀσφύος, κατὰ τὴν τῶν νεφρῶν πρόσφυσιν, *pars inter dorsum et lumbos media, qua renes adiacent.* Cf. Eph. Rufus in Nomencl. L. I. c. 11.

καὶ εὔνωτον ἐπιεικῶς. 42 Ζῶον ἀσαρκότερον τὰ ἰσχία, καὶ τοὺς μηρούς· 43 σκέλη ἐῤῥωμένα καὶ νευρώδη, βάσιν τε νεανικὴν, καὶ ὅλον τὸ σῶμα ἀρθρῶδες καὶ νευρῶδες, οὔτε λίαν σκληρὸν, οὔτε λίαν ὑγρόν. 44 Βαδίζον δὲ βραδέως, καὶ μεγάλα διαβαῖνον, καὶ διασαλεῦον ἐν τοῖς ὤμοις, ὅταν πορεύηται. Τὰ μὲν

tum, robustis lateribus fultum: femora non carnosa, nec coxas: crura fortia, et neruosa, gressum iuuenilem, et totum corpus articulatum et neruosum, neque valde humidum, neque durum: ambulat autem tarde, magnifice incedens, et mouens se in spatulis quum am-

F 2

42. Ζῶον ἀσαρκότερον) Aldus dat ἀσαρκώτερον. Auerroes, *coxendices non carnosas, nec coxas.* Maiori cura reddit Follin. *Est animal macilentum, si coxas femoraque respicias.*

43. Σκέλη etc.) Auerroes cum Interprete consentit. Follin. contra: *Crura habet robusta atque neruosa, firmissimam etiam habet basin, et vniuersum corpus ad amussim neruosum et articulatum, nec durum, nec humidum cum exsuperantia.* Male Interpres βάσιν νεανικὴν *gressum iuuenilem*, cui Aristoteles contradicere videtur βαδίζον βραδέως. Itaque βάσις hic est *planta pedis.*

44. Βαδίζον δὲ etc.) Auerr. *Ambulans autem tarde, et magnifice incedens, et se in humeris, quum ambulat, quatiens.* Follin. vero, *Incedit quidem tarde, sed magna occupat interualla, ac dum ingreditur, humeros ipsos commouet.* Μεγάλα διαβαῖνον nihil aliud est, quam quod Aristot. in hist. anim. L. II. c. 1. dicit: κατὰ σκέλος δὲ βαδίζουσιν ὅ τε λέων, καὶ αἱ κάμηλοι ἀμφότεραι — τὸ δὲ κατὰ σκέλος ἐστὶν, ὅτε οὐ προβαίνει τῷ ἀριστερῷ τὸ δεξιὸν ἀλλ' ἐπακολουθεῖ. *Gradiuntur pedatim leones: et genus camelorum vtrumque. — Pedatim autem incedere est quum pes sinister non transit dextrum, sed subsequitur.*

μὲν οὖν περὶ τὸ σῶμα τοιοῦτον· [45] τὰ δὲ περὶ τὴν ψυχὴν, δοτικὸν καὶ ἐλεύθερον, μεγαλόψυχον καὶ φιλόνικον, καὶ πρᾳῢ καὶ δίκαιον, καὶ φιλόστοργον πρὸς ἃ ἂν ὁμιλήσῃ.

[46] Ἡ δὲ πάρδαλις τῶν ἀνδρείων εἶναι δοκούντων,

bulat. Talis eſt ſecundum ea, quae ſunt circa corpus. Quae autem circa animam, datiuum et liberale, magnanimum, et amans victoriae, et manſuetum et iuſtum, et amans eorum, cum quibus verſatur.

Pardalis autem fortibus eſſe viſis, femineae

45. Τὰ δὲ περὶ τὴν ψυχήν.) Leon. et Camot. περὶ τὴν κεφαλὴν δεκτικόν. Noſtram et Camotii ſcripturam probat etiam Interpres, *circa animam, datiuum et liberale.* Rectius in Organo 197. 11. ὁ λέων, ἀνδρεῖον καὶ μεταδοτικόν, quod probat etiam Geſn. in leonis deſcriptione 652, 34. Idem Geſn. ibidem mavult ἐλευθέριον cum Interprete, ſed ἐλεύθερον tamen eidem leoni ſic tribuitur in hiſt. anim. L. I. 6. φιλόνικον pro vulg. φιλόνεικον probat idem Interpres, quum vertit, *amans victoriae. Sylb.* Aldus quoque κεφαλὴν δεκτικὸν et φιλόνεικον dat. Auerr. *Quae autem circa animam ſuſceptiuum,* (δεκτικὸν) *et liberale, magnanimum, et amans victoriae etc.* Notat tamen in margine: Translationem antiq. habere datiuum, δωτικόν. Follin. bene, *Quantum vero ad animam refert, animal eſt diſciplinae capax, rixoſum, mite, iuſtum ac beneuolum illis, quibuſcum contraxit conſuetudinem.* Vide Plin. L. VIII. c. 16. (17. 18.) Mallem tamen φιλόστοργον reddere, *amiciſſimum ſuorum.*

46. Ἡ δὲ πάρδαλις.) Πάρδαλις et πάνθηρ ſunt voces vtrique ſexui promiſcue communes. Vide Bochart. L. III. de animal. c. 8. p. 800. et 801. Varietate macularum pantherae ſiue pardeles diſtinguuntur. Plin. L. VIII. c. 23. Gloſſae, *Varia,* ποικίλη, πάρδαλις. Plautus hoc vocabulum pantherarum proprium eſſe dicit in Epidico, Act. I. Sc. I. v. 15. ſq. EP. *Quid ais? per-*

τῶν, 47 θηλυμορφότερόν ἐστιν, ὅτι μὴ κατὰ τὰ σκέλη· τούτοις δὲ συνεργεῖ, καὶ τὶ ἔργον ῥώμης ἀπεργάζεται. 48 Ἐστὶ γὰρ ἔχον πρόσωπον μικρὸν, στόμα

formae magis eſt, niſi ſecundum crura: his autem operatur, et aliquod opus fortitudinis facit. Habet faciem paruam, os magnum,

petuon' valuiſti? TH. *Varie.* EP. *Qui varie valent, Caprigenum dominum, non placet mihi, neque pantherinum.* Cf. Theophraſt. de cauſ. plant. L. VI. c. 5. alios. In margine Auerroes haec habet: *De Pardali, omnium animalium femineam formam maxime oſtendente.*

47. Θηλυμορφότερόν ἐστιν, ὅτι etc.) Follin. c. 11. quo, *idea ſexus feminei exemplo Pardalis exhibetur*, ita: *Pardalis inter animalia fortia maxime effeminatum eſt. Quandoquidem crurum ratione aliis omnibus in functionibus eſt inferior. Nam quod obſecro robuſtum opus abſoluit.* Alio prorſus ſenſu Interpr. et Auerr. *Pardalis autem inter ea, quae videntur, femineae formae magis eſt, niſi ſecundum crura, his autem operatur, et aliquod opus fortitudinis facit.* Τὸ θηλυμορφότερον minus recte ad animum, de quo infra Ariſtot., tranſtulit, Follin. reddens *maxime effeminatum*, quum ex Ariſtot. hiſt. anim. L. I. c. 1. Panthera inter omnia animalia animoſior ſit, dicit enim: ἀθυμότερα δὲ τὰ θήλεα πάντα τῶν ἀῤῥένων, πλὴν ἄρκτος καὶ πάρδαλις· τούτων δὲ ἡ θήλεια δοκεῖ εἶναι ἀνδρειοτέρα· ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις γένεσι τὰ θήλεα μαλακώτερα. *Sed feminae omnes minus, quam mares ſunt animoſae, excepta panthera et vrſa: feminae in his generibus videntur animoſiores, quum in ceteris ſint procul dubio molliores.* Probo tamen interpretationem Follini, quae incipit a voce, *Quandoquidem* etc. Sic enim interpunxit, et recte, ὅτι μὴ κατὰ σκέλη τούτοις (ſcilicet ἀνδρείοις ex ſuperioribus, omiſſa tamen particula δὲ,) συνεργεῖ, καὶ τὶ ἔργον ῥώμης ἀπεργάζεται; quae interpunctio optime conuenit cum hiſtoria naturali pantherae.

48. Ἐστὶ γὰρ ἔχον etc.) Auerroes: *Habet enim fa-*

μα μέγα, ὀφθαλμοὺς μικροὺς, ἐκλεύκους, ἐγκοίλους, αὐτοὺς δὲ [49] περιπολαιοτέρους· [50] μέτωπον προμηκέστερον, πρὸς τὰ ὦτα περιφερέστερον, ἢ ἐπιπεδώτερον· τράχηλον μακρὸν ἄγαν, καὶ λεπτόν· στῆθος ἄπλευρον, καὶ μακρὸν νῶτον· ἰσχία σαρκώδη καὶ μηρούς· τὰ δὲ περὶ τὰς λαγόνας καὶ γαστέρα, ὁμαλὰ μᾶλλον· [51] τὸ δὲ χρῶμα ποικίλον,

καὶ

oculos paruos, albos, concauos, eosdem autem superficiales: frontem longam, aures rotundas magis quam planas, collum longum valde, pectus expers laterum, et longum dorsum: femora carnosa, et coxas: quae vero sunt circa ilia, et ventrem laeuia magis. Color autem varius, et totum non

ciem paruam, os magnum, oculos paruos, albos, concauos, ipsosque circumuagantes magis. Follin. *Habet enim faciem exiguam, os magnum, oculos paruos albicantes, concauos et tornatiles.*

49. Περιπολαιοτέρους) Rectius opinor ἐπιπολαιοτέρους. *Sylb.* Recte, nam ἐπιπολ optime conuenit cum ἔγκοιλ. *ex stantes*, prominentes. Interpr. non male, *superficiarios*, id est, qui superficiem excedunt.

50 Μέτωπον etc.) Auerroes: *Frontem longiorem, versus aures rotundam magis, quam planam, collum longum valde, et gracile: pectus expers costarum, et longum dorsum, coxendices carnosas, et coxas: quae vero sunt circa ilia et ventrem, laeuia magis.* Follinus autem, *Magis oblongam, nec circa aurium regionem sphaericam magis, quam latam, admodum prolixam, ac tenuem ceruicem, languidum pectus, prolixum dorsum, coxas et femora corpulenta. Etenim quae in regione ventris, iliorumque sunt, magis plana sortitur pardalis.*

51. Τὸ δὲ χρῶμα ποικίλον etc.) Auerroes, *Color autem varius, et totum inarticulatum et incommensuratum est;* et Follin. *Colorem etiam obtinet varium inaequalem omnino, ac immodera-*

καὶ ὅλον ἄναρθρόν τε καὶ ἀσύμμετρον. Ἡ μὲν οὖν τοῦ σώματος ἰδέα τοιαύτη· τὰ δὲ περὶ τὴν ψυχὴν, [52] μικρὸν καὶ ἐπίκλοπον, καὶ ὅλως εἰπεῖν δολερόν. [53] Τὰ μὲν οὖν ἐκπρεπέστερα μετειληφότα ζῶα,

articulatum, et abſque menſura eſt. Forma corporis talis eſt. In his autem, quae ſecundum animam, puſillum eſt, et fraudulentum, et omnino dicere, doloſum. Animalium igitur, quae

tum. Commentarii loco Plinii verba eſſe poſſunt, in H. N. L. IV. c. 17. (23.) *Panthera et tigris macularum varietate prope ſolae beſtiarum ſpectantur: ceteris vnus ac ſuus cuiuſque generis color eſt. Leonum tantum in Syria niger. Pantheris in candido breues macularum oculi. Ferunt odore earum mire ſollicitari quadrupedes cunctas, ſed capitis toruitate terreri. Quamobrem occultato eo, reliqua dulcedine inuitatas corripiunt. Sunt qui tradant, in armo iis ſimilem lunae eſſe maculam, creſcentem in orbes, et cauantem pari modo cornua. Nunc varias, et pardos, qui mares ſunt, appellant in eo omni genere, creberrimo in Africa Syriaque. Quidam ab iis pantheras candore ſolo diſcernunt: nec adhuc aliam differentiam inueni.*

52. Μικρὸν) Agnoſcit μικρὸν etiam Interpres, *puſillum eſt.* Geſn. 942, 20. mavult *improbum*, ſed fortaſſe non minus apte legeris πικρὸν, *aſperum et ſaeuum*; de qua commutatione ſupra quoque dictum ad cap. II. n. 31. p. 31. *Sylb.* Auerroes etiam habet μικρὸν, nam ſic reddit: *In his autem, quae circa animam, puſillum eſt, et furax, et in ſumma doloſum.* Conſentit Follin. *Si vero animae conſtitutionem requiras, demiſſum animal eſt, furax (fugax* ap. Follin. vitioſe) *et fraudulentum.* Similia fere habet Ariſt. in hiſt. anim. L. IX. c. I. τὰ θήλεα τῶν ἀῤῥένων κακουργότερα, καὶ ἧττον ἁπλᾶ, καὶ προπετέστερα, *verum feminae maribus malitioſiores, aſtutiores, et inſidioſiores ſunt.*

53. Τὰ μὲν οὖν etc.) Structurae ordo eſt, ζῶα οὖν τὰ

ζῶα, τῶν δοκούντων ἀνδρείων εἶναι, τῆς δὲ τοῦ ἄῤῥενὸς ἰδέας, καὶ τῆς τοῦ θήλεος, εἴρηται. Τὰ δ᾽ ἄλλα ὅσα τυγχάνει, ῥάδιον ἤδη μετιέναι. Ὅσα δὲ πρὸς τὸ Φυσιογνωμονῆσαι, συνιδεῖν ἁρμόττει ἀπὸ τῶν ζώων, ἐν τῇ τῶν σημείων ἐκλογῇ ῥηθήσεται.

ΚΕΦ. ϛ´.

Περὶ ἐκλογῆς τῶν σημείων τῆς κατὰ τοὺς ἀνθρώπους.

Ἡ δὲ ἐκλογὴ τῶν σημείων ἡ κατὰ τοὺς ἀνθρώπους, ὧδε λαμβάνεται.

[1] Ὅσοις οἱ [2] πόδες εὐφυεῖς τε καὶ μεγάλοι, [3] διηρ-

videntur fortia, conuenientia assumta animalia, masculinae formae et femininae dicta sunt. Alia autem qualia sunt, facile est vtique pertransire. Quaecumque autem ad physiognomizandum inspicere conueniet ab animalibus, in electione signorum dicetur.

CAP. VI.

De electione signorum in hominibus.

Electionem autem signorum, quae est secundum homines, sic accipitur.

Quibuscumque pedes bene nati, magni,

μετειληφότα τὰ ἐκπρεπέστερα· id est, quae praedita sunt maiori ἐκπρεπείᾳ, in quibus decentior forma et gestus apparent. *Sylb.* Auerroes aeque ac Interpr. obscure: *Animalia igitur, quae videntur fortia, conuenientiora transsumta, masculinae formae et femininae, dicta sunt.*

1. Ὅσοις etc.) Auerroes hic incipit c. IX. inscriptum:

3 διηρθρωμένοι τε καὶ νευρώδεις, ἐῤῥωμένοι τὰ περὶ τὴν ψυχήν· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ ἄῤῥεν γένος. 4 Ὅσοι δὲ

articulati, et neruosi, fortes sunt: secundum ea, quae sunt in anima, reducentur ad masculi-

F 5

De Passionum, Habituumque signis, a corporis partibus sumtis. In margine, *De Pedibus.*

2. Πόδες εὐφυεῖς τε καὶ μεγάλοι) Interpr. *bene nati et magni*, male; melius Auerroes, *bene formati et m.* τὸ εὐφυὲς enim notat in magnitudine pedis tamen proportionem adesse debere. v. Aristot. de part. anim. L. IV. c. 10. ὁ δὲ ἄνθρωπος πόδας μεγίστους ἔχει τῶν ζώων, ὡς κατὰ μέγεθος· εὐλόγως. Μόνον γὰρ ἕστηκεν ὄρθον. *Homini pedes omnium maximi proportione magnitudinis merito: solus enim erectus est.* Pedis ipsius descriptionem suppeditat Arist. hist. anim. L. I. c. 15. Galen. de ossibus, c. 24. 25. de vsu part. L. II. c. 9. III. c. 8. Ruf. Ephes. in Nomencl. L. I. c. 16. et alii. Magnus autem requiritur, vt corpori portando par sit, quae magnitudo a caloris innati et spirituum copia pendet. Bene formatus autem, vt non solum corpori pulcritudinem conciliet, sed etiam firmitatem in stando, qua curuipedes βλαισοὶ, cruribusque diuaricantes non gaudent. Talem esse debere ducem Archilochus praecipit, in versibus a Galen. laudatis L. III. art. 38. et 87. — οὐ μέγαν φιλέω στρατηγὸν, οὐδὲ διαπεπλεγμένον, Ἀλλ' ὅς μικρὸς τ' ἤ, καὶ περὶ κνήμας ἰδεῖν Ῥοικὸς, βεβηκὼς, δ' ἀσφαλέως ποσὶ καρδίας Πλέως. — — *Nolo ducem longum, passisque cruribus, Sed corpore is compactior sit, pede obtortus, robore integer.*

3. Διηρθρωμένοι δὲ καὶ νευρώδεις) *Et articulati et neruosi.* Quid per has voces indicetur docet Galen. de ossib. in Prooem. ἄρθρος ἐστὶ σύνταξις ὀστῶν φυσικὴ, *articulus est ossium naturalis compositio.* Articuli autem duae sunt differentiae, διάρθρωσις, *dearticulatio*, et συνάρθρωσις, *coarticulatio.* Diarthrosis est ossium structura, quorum motus euidens, atque tres complectitur species, ἐνάρθρωσιν, ἀρθρωδίαν et γίγγλυμον, quorum explicationem exhibet Gal. l. l. Συναρθρώ-

δὲ τοὺς πόδας μικροὺς, στενοὺς, ἀνάρθρους ἔχουσιν, ἡδιούς τε ἰδεῖν ἢ ῥωμαλεωτέρους, μαλακοὶ τὰ περὶ ψυχήν· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ θῆλυ γένος. [5] Οἷς

[illegible] τῶν

num genus. Quicumque autem pedes parvos, ſtrictos, inarticulatos habent, delectabiliores autem viſu, quam fortiores, molles ſunt: Secundum ea, quae ſunt in anima, referuntur ad femininum genus. Quibus

σις vero oſſium compoſitio eſt, quae neque validum, neque manifeſtum, ſed obſcurum difficilemque habent motum. Ad vocem autem νευρώδεις notandum, tres eſſe neruorum apud veteres differentias eodem Galeno autore, nerui enim appellantur τὰ ἐξ ἐγκεφάλου καὶ νωτιαίου πεφυκότα· τὰ δὲ τινὰ συνδετικά. Τούτων δὲ ἡ γένεσις ἐκ τῶν ὀστῶν. Ἡ τρίτη δ᾽ αὐτῶν διαφορὰ καλεῖται μὲν τένων· ἐκφύεται δὲ ἐκ μυός. *Qui ex cerebro, itemque ex dorſi medulla originem ducunt, voluntarii nerui: qui ex muſculis tendines: qui ex oſſibus ligamenta a nobis appellantur.* Itaque omnes muſculorum tendines cum ligamentis, τένων et ἀπονεύρωσις; et in ambulando et in ſtando molem corporis ſuſtinentes, hoc loco intelliguntur; Praecipue *tendo Achillis*, quippe qui admodum robuſtis tendinibus fuiſſe fertur.

4. Ὅσοι δὲ τοὺς πόδας μ.) *Pedes paruos*, vel *tenues* vertere potes, quos Plin. L. XI, c. 43. (105.) tribuit feminis: *Pedes*, ait, *homini maximi, feminis tenuiores in omni genere.* στενοὺς, *ſtrictos*, vel natura, vel arte, pedes nimirum conſtringendo, ne nimiam in molem creſcant, quibus artibus deditae feminae, et ἀνάρθρους *inarticulatos*; non ſic verterem, potius *tenuibus articulis.* Omnia haec, ſigna de coloris innati et ſpirituum debilitate ſunt. Ceterum Mich. Scotus in Phyſiogn. Part. II. c. 23. docet ſympathiam eſſe pedis cum femineo genitali: *Si pes fuerit*, inquit, *longus, ſtrictus, et macer, ſignificat vuluam longam. ſtrictam, et macram; et e conuerſo. Item menſura medii pedis nudi eſſe menſurae longitudinis vulvae totius vnicuique: vnde dixit quidam: ad formam pedis tu noſces vas mu-*

τῶν ποδῶν οἱ δάκτυλοι καμπύλοι, ἀναιδεῖς· καὶ ὅσοις ὄνυχες [6] καμπύλοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὄρνεις, [7] τοὺς γαμψώνυχας. [8] Οἷς τῶν ποδῶν τὰ δάκτυλα συμπεφραγμένα ἐστὶ, δειμαλέοι· ἀναφέ-

ρεται

pedum digiti curui, inuerecundi, et quibus vngues curui, referuntur ad aues curuorum vnguium. Quibus pedum digiti coniuncti sunt, stercorosi, referuntur ad or-

lieris. Verba autem ἡδίους δὲ ἰδεῖν, nulla indigent interpretatione, quum bona proportio pedum post hominum memoriam, partem venustatis, elegantiae ac pulcritudinis constituerit.

5. Οἷς τῶν ποδῶν οἱ δ.) Follin. c. 24. prop. 88. p. 216. optime hanc propositionem hunc in modum explicat: *Curuatura digitorum pedis a siccitate pendet: nam quae exsiccantur, incuruantur, quod comprimantur partes siccatae, trahantque aliae alias inaequaliter, quod siccitas in omnibus partibus peraeque non dominetur. Itaque eo pacto incuruantur in podagra ab humore exsiccante digiti manuum, et pedum. Calor autem et siccitas audaciae caussam esse probauimus in superioribus: Audaces autem sunt imprudentes. Vera ergo propositio.*

6. Καμπύλοι) Aldus dat καμπύλαι, perperam.

7. Γαμψώνυχες) Sub auibus curuorum vnguium intelligit aquilam, et qui ad eius referuntur genus, sic enim in hist. anim. L. III. c. 10. in fine: τῶν δ' ἐχόντων (ὄνυχας,) τὰ μὲν εἰσὶ εὐθυόνυχα, ὥσπερ ἄνθρωπος· τὰ δὲ γαμψώνυχα, ὥσπερ καὶ τῶν πέζων λέων, καὶ τῶν πτηνῶν αἐτός. *Inter ea, quae habent vngues, haec aut rectis vnguibus sunt, vt homo; aut aduncis, vt inter pedestria leo, inter volatilia aquila.* V. Gal. de vsu part. L. III. c. 5.

8. Οἷς τῶν ποδῶν τὰ δ.) Nota hic τὰ δάκτυλα, et paulo ante, οἱ δάκτυλοι. *Sylb.* Auerr. aliter quam Interpr. reddit: *Quibus pedum digiti coniuncti sunt, timidi; referuntur ad coturnices strictorum pedum in lacubus degentes.* Interpres legit δευσαλέος, *stercorosus.* Sed praeferenda Auerr. lectio, quia

ῥεται ἐπὶ τοὺς [9] ὄρτυγας τοὺς στενόποδας τῶν λιμναίων.

[10] Ὅσοις τὰ περὶ τὰ σφυρὰ νευρώδη τε καὶ δικηρθρω-

tygas ſtrictorum pedum in lacubus degentes.

Quibuſcumque ea, quae circa talos ſunt,

omnes libri typis exſcripti, quotquot vidi, habent δειμαλέοι. et quia naturae horum animalium conuenit.

9. Ὄρτυγας τοὺς στενόποδας) Hanc lectionem etiam agnoſcit Interpres, *ad ortygas ſtrictorum pedum.* Sed verior ſcriptura eſſe videtur ὄρνιθας τοὺς στεγανόποδας; qua de re monuit etiam Geſnerus in Coturnice, 345, 48: vbi συμπεφραγμένους vertit, *arcte coniunctos*, velut conſepitos. Paluſtres autem aues στεγανόποδας eſſe, indicant haec in hiſt. animal. 39, 24. τὰ δὲ πλωτὰ, στεγανόποδά ἐστι, et rurſum L. VIII. c. 3. καὶ ὅσοι μὲν στεγανόποδες, ἐν αὐτῷ τῷ ὕδατι ποιούμενοι τὴν πλείστην διατριβήν. *Sylb.* Omnes fere Interpretes hunc locum mirum in modum deprauarunt. Argiropylus vertit, *ortygas*, quae ſignificant *coturnices.* Lacuna *coturnices*, cum reliquis, at illae in paludibus non degunt. Ergo Sylburgii emendatio recipienda, quam et Bapt. a Porta ſequutus eſt in Phyſiogn. L. II. c. 48. atque intelligit aues gregales, et addit: frigidi vero, timidi ſunt iudicati. Hae autem habent pedes membrana coniunctos, quod nulli hominum contingit, niſi monſtroſis. Igitur quum hac ratione noua ſuboriri poſſet dubitatio, addit verba Ariſtot. ſic accipienda eſſe, non cohaerere digitos pedum ad extremum vſque, ſed in principio diuiſionis, quod certe in pluribus conſpicitur. Inquit enim: *In multis amicis obſeruaui digitos, in quibus intercipiens membrana fere, vſque ad primos articulos occuparet, et timidiſſimos deprehendi.* Ratio autem huius effectus videtur eſſe caloris penuria, quae per humoris copiam imminuitur, et frigiditatem aeque ac timiditatem inducit. Humiditatis ſiquidem copia efficit, vt haec ſubnaſcatur cuticula, quam et artis ope producere valemus.

διηρθρωμένα, εὔρωστοι τὰς ψυχάς· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ ἄῤῥεν γένος. [11]Ὅσοι τὰ σφυρὰ σαρκώδεις καὶ ἄναρθροι, μαλακοὶ τὰς ψυχάς· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ θῆλυ γένος.

[12]Ὅσοι τὰς κνήμας ἔχουσιν ἠρθρωμένας τε καὶ νευρώδεις καὶ ἐῤῥωμένας, [13] εὔρωστοι τὴν ψυχήν· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ ἄῤῥεν. [14]Ὅσοι δὲ τὰς κνήμας λεπτὰς

neruoſa et articulata, fortes ſecundum animam, referuntur ad maſculinum genus. Quicumque autem ſunt talis carnoſi, et inarticulati, molles ſecundum animam, referuntur ad femininum genus.

Quicumque crura habent articulata, et neruoſa, et robuſta, fortes ſecundum animam, referuntur ad maſculinum genus: quicumque

10. Ὅσοις τὰ περὶ τὰ σφ.) Auerroes ad marginem habet: *De Talis pedum* Ratio eſt huius relationis, quia caliditas in eiuſmodi hominibus praeualet.

11. Ὅσοι τὰ σφυρὰ etc.) Ratio in promtu eſt, quia tales ſunt humidioris frigidioriſue temperiei ac naturae.

12. Ὅσοι τὰς κνήμας,) Auerroes ad margin. habet: *De Cruribus.* Eiuſmodi autem intelligit crura, quae ex oſſibus ſolidis, firmiſque conſtant muſculis, et cum reliquis partibus corporis proportione conueniunt. Haec quidem fortitudinem indicant ob vigorem totius corporis.

13. Εὔρωστοι) Aldus vbique dat εὔῤῥωστοι.

14. Ὅσοι δὲ τὰς κνήμας) Auerroes, *crura gracilia.* Ariſtotelem ipſum audiamus, huius rei reddentem cauſam in Probl. ſect. IV. probl. 32. Ibi enim aues libidinoſas eſſe dicit, quia ſemine abundant, et in hominibus, qui claudi, ad quos et gracilia crura referri debent, quia ipſa gracilitas vitium eſt, eadem fieri aſſerit: Διὰ ταὐτὸ δὲ καὶ οἱ ὄρνιθες λάγνοι, καὶ οἱ χωλοί. Ἡ γὰρ τροφὴ ἀμφοτέροις, κάτω μὲν ὀλίγη, διὰ τὴν ἀναπη-

λεπτὰς [15] καὶ νευρώδεις ἔχουσι, λάγνοι· ἀναφέρεται ἐπὶ [16] τοὺς ὄρνιθας. Ὅσοι τὰς κνήμας [17] περιπλέους σφόδρα ἔχουσιν, οἷον ὀλίγον διαῤῥηγνυμένας, [18] βδελυροὶ καὶ ἀναιδεῖς· ἀναφέρεται ἐπὶ τὴν ἐπιπρέπειαν.

Οἱ [19] γονύκροτοι, κίναιδοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τὴν ἐπιπρέπειαν.

Οἱ

crura ſubtilia, neruoſaque habent, luxurioſi, referuntur ad aues. Quicumque crura ſuperflua habent, et ſunt parum diſrupta, odibiles et inuerecundi, referuntur ad apparentem decentiam

Qui ſunt ſecundum genua plani, cinaedi, referuntur ad apparentem conuenientiam.

ῥίαν τῶν σκελῶν, εἰς δὲ τὸν ἄνω τόπον ἔρχεται, καὶ εἰς σπέρμα συγκρίνεται. *Fit etiam ratione communi, vt aues et claudi homines ſalaces nimirum ſint; alimentum enim vtriusque, ſeorſum quidem exiguum profluit, propter vitium cruris: in ſublime vero affatim affertur, atque in ſemen conuertitur.*

15. Καὶ) Coniunctio καὶ deeſt apud Aldum et Sylb.

16. Τοὺς) Articulum τοὺς Aldus non habet.

17. Κνήμας περιπλέους) Auerr. *Quicumque crura valde ſuperflua habent.* Mihi haec interpretatio, vt et Interpretis, nimium recedere ab autoris videtur verbis, ſiquidem mallem περιπλέους σφόδρα *admodum craſſa*, διαῤῥηγνυμένας autem *parum diſtantes* vertere.

18. Βδελυροὶ) Βδελυρὸς dicitur, qui turpiſſimis moribus praeditus eſt, quibus ſibi odia et inimicitias hominum parit. Eius imaginem expreſſam exhibet Theophraſt. in character. ethic. c. 10.

19. Γονύκροτοι) Leon. et Camot. γονύκρατοι, minus apte. Videntur autem γονύκροτοι dici, quibus genua in greſſu tam arcte coeunt, vt propemodum collidantur, et complodantur: vt ſatis declarat Polemonis et Adamantii paraphraſis, Pol.

Οἱ [20] τοὺς μηροὺς ὀςώδεις καὶ νευρώδεις ἔχοντες, εὔρωςοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ ἄῤῥεν. [21] Οἱ δὲ τοὺς μηροὺς ὀςώδεις, καὶ περιπλέους ἔχοντες, μαλακοί· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ θηλῦ.

[22] Ὅσοι

Qui habent coxas osseas, et neruosas, fortes sunt; referuntur ad masculinum genus: qui habent coxas ossulentas, et superfluas, molles sunt, et referuntur ad femininum genus.

L. I. Κεφ. κβ'. Οἱ τὰ γόνατα ἔσω νεύοντες, γυναικεῖοί τε καὶ θηλυδρίαι, et Adam. L. II. Κεφ. η. Οἱ τὰ γόνατα ἔσω νεύοντες, ὥσπερ συγκρούειν, γυναικεῖοι, καὶ θηλυδρίαι. *Sylb.* Aldus et Du Vallius, et vulgg. dant γονύκρατοι. Auerr. γονύκροτοι habet, *qui genu flexiles*, quibus genua trepidant; explicantur etiam βλαισοί. Etymol. explicat ὁ τοὺς πόδας ἐπὶ τὰ ἔξω διεςραμμένος, quique literae λ. similis est, et βλαισὸς in Etymol. est, ὁ βεβλαμμένον τὸ ἴσον τῶν ποδῶν. Interpres cum Follino, *genua plana*, prop. 84. p. 112. Foll. ibi eam defendere videtur, ita tamen vt verae propius accedat lectioni, ita enim scribit: *Genua autem plana ex rotulae planitie fiunt. Non est plana in omnibus, sed leuiter extuberans: Extuberatio illa deprimi potest in puerulis frequenti rotulae applicatione ad rem duram et planam: vel si natura tales efficiat, rotula aptos significat ad incumbendum. Cinaedi vero nefarie incumbunt, aut pronantur. Ergo est decens conuenientia.* De cinaedis v. C. III. p. 51. n. 65.

20. Οἱ τοὺς μ.) Auerroes in marg. *De Coxis.* Eiusmodi autem coxae, quales hic describuntur, sanum robustúmque denotant, et cui fortitudo et constantia propria sunt.

21. Οἱ δὲ τοὺς μηροὺς etc.) Follinus: *Qui femora habent prolixa, atque corpulenta, admodum molles sunt; nam et id ad feminarum refertur ordinem:* sed vox *prolixa*, μακροὺς, non est in Graeco, neque in libris impressis Arist., quotquot ad manus fuere, inueni; quare pro glossemate habeo. Explicat autem haec verba hunc in modum: *Femora illa referri ad feminas pro-*

[22] Ὅσοι δὲ [23] πῦγα μὲν ὀξεῖαν ὀςώδη ἔχουσιν, εὔρωςοι· ὅσοι δὲ [24] σαρκώδη ([25] καὶ) πίονα ἔχουσι,

Quicumque pecten osseum, et acutum habent, sunt fortes: Qui carnosum, et pingue,

habile non est, quibus nates, et femora crassa fuere concessa; de moribus ergo intelligendum, non de charactere: Prolixitas autem illa cum macie siue ossium abundantia, debilitatem formatricis, tum etiam nutricis potestatis, ostendit, vnde mores feminei, et mollities.

22. Ὅσοι) Auerroes ad marg. habet: *De Natibus.*

23. Πῦγα) Forma πὺξ in h. l. et πυγὴ apud al. nates, clunes, notat, et Pollux affirmat et τὰ πυγαῖα dici. Alias γλουτοὶ audiunt. Illa autem pars ex Aristot. in hist. anim. L. I. c. 13. sic vocatur, τοῦ δὲ διεξοδικοῦ, τὸ μὲν, οἷον ἐφ' ἕδραν ἂν γλουτός, *Partis vero excretoriae, quo subditum quasi stragulum est, nates appellatur:* Cf. Ephes. Ruf. in Nomencl. L. I. c. 15. Homini sunt nates carnosissimae, v. Aristot. in hist. anim. L. II. c. 1. ὁ δὲ ἄνθρωπος τοὐναντίον, σαρκώδη γὰρ ἔχει σχεδὸν μάλιςα τοῦ σώματος τὰ ἰσχία, καὶ τοὺς μηρούς, καὶ τὰς κνημάς. *At homo contra: quippe qui nullam fere sui corporis partem, tam carnosam habet, quam nates, femora, tibias.* Tandem hominem inter omnia animalia, solum nates habere Aristot. docet de part. animal. L. IV. c. 10. Ὁ δ' ἄνθρωπος ἀκερκὸν μὲν ἐςι, ἰσχία δ' ἔχει, τῶν δὲ τετραπόδων οὐδέν. *Homo vnus cauda vacat, nates habet: quod nulli quadrupedum datum est.* Rationem simul subdit, quia solus animalium erectus est. Igitur, vt facile sustinere superiora posset, natura corpulentiam superiori corpori demsit, inferiori addidit. Itaque nates carnosas fecit, et femora, et suras; sed nates vel ad corporis requiem vtiles reddidit. Auerroes: *Quicumque nates acutas osseas habent, sunt fortes. Quicumque vero carnosa, pinguia habent, molles. Quicumque autem habent modicam carnem veluti desiccatam, mali moris sunt,* etc.

24. Σαρκώδη) Sanguinis humorumque copia, quae calorem infringit, et emollit corpus, producit copiam carnis, vnde eiusmodi homines vtique molles sunt.

ἔχουσι, μαλακοί. [26]Ὅσοι δὲ ἔχουσιν ὀλίγην σάρκα, οἷον ἀπομοργνυμένην, κακοήθεις· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς πιθήκους.

[27] Οἱ ζωνοὶ, φιλόθηροι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς λέοντας

habent, molles. Qui autem habent modicam carnem, ſiccam, deſiccatam, mali moris ſunt: referuntur ad ſimias.

Quicumque autem bene lumboſi ſunt, amatores ferarum: referuntur ad canes et

25. Καὶ) Incluſa καὶ, addita ex Interpr. *carnoſum et pinguem. Sylb.* Auerroes non agnoſcit, neque Aldus.

26. Ὅσοι δὲ ἔχουσιν etc.) Follin. prop. 83. p. 111. ſic reddit: *Qui paucam admodum habent carnem, eamdemque veluti oſſibus concidentem, aſtuti et callidi ſunt, et referuntur ad ſimias.* Scholia his adnexa apponere libet, quia bene rem exprimunt: *Carnis paucitas, ait, penuriam arguit, quae a calore ſicco humidum diſſipante, et exhauriente, naſcitur, tales ergo exiſtunt calidi ac ſicci, vehementer bilioſi, et atrabiliarii, debiles ergo. Aſtutia vero illos neceſſario comitatur. Quo enim minus viribus poſſunt, aſtutiam ſibi comparant, ad neceſſaria conquirenda, ſimia autem, quam ſit aſtuta, omnes norunt.* Bene ἀπομοργνυμένην *exhauriente* reddidit, nam haec vox de abſterſione, et rebus, quae auferuntur ſaepe vſurpatur.

27. Οἱ ζωνοὶ) Auerroes ad marginem, *De Lumbis.* Vocem ipſam tranſfert, *qui lumboſi*, at Interpr. legiſſe videtur εὔζωνοι, *bene lumboſi*, vt et Follin. qui ſic tranſfert: *Qui circa lumbos ſunt egregie compacti, maxime venatione oblectantur, quod refertur ad leones et canes.* Ζωνὴ autem, obſeruante Erotiano in Expoſ. voc. Hippocr., pro ὀσφὺς ponitur. Ὀσφὺς autem eſt pars totius ſpinae quinque vertebris omnium craſſiſſimis maximiſque compacta, inter dorſum et os ſacrum mediis. Nominis rationem reddit Ariſt. in hiſt. anim. L. I. c. 10. τῶν δ' ὄπισθεν, διάζωμα μὲν, ἡ ὀσφὺς, ὅθεν καὶ τοὔνομα ἔχει. *Partem poſteriorem lumbi pari ſtructura praecingunt, vnde nomen* ὀσφὺς *in-*

λέοντας καὶ τοὺς κύνας. Ἴδοι δ' ἄν τις καὶ τῶν κυνῶν τοὺς φιλοθηροτάτους [28] ζωνοὺς ἔχοντας.

[29] Οἷς τὰ περὶ τὴν κοιλίαν [30] λαπαρὰ, [31] εὔρωστοι·

leones. Videbit vtique aliquis, et canes valde venaticos lumbosos esse.

Quibus ea, quae sunt circa ventrem, pinguia,

ditum est. Expressit haec Virg. Georg. L. III. v. 79 sqq. *Nec vanos horret strepitus: illi ardua ceruix, Argutumque caput, breuis aluus, obesaque terga Luxuriatque toris animosum pectus:* — Amatores autem venationis esse fortes viros, ob analogiam, quae venationi cum bello intercedit, ac cum victoria, subsumendum est.

28. Ζωνοὺς ἔχοντας) Camot. ζωνοὺς ὄντας, vt Interpr. quoque, *lumbosos esse.* Pro eodem apud Adamantium est εὔζωνοι, L. II. Κεφ. ιά. τὸν δὲ εὔζωνον, φιλόθηρα ἐννόει et Polem. εὔζοον. L. I. Κεφ. κά. τὸν δὲ εὔζοον ἄνδρα, φιλόθηρα νόει. *Sylb.* Du Vallius in MS. testatur esse ζωνοὺς ὄντας pro εὐζωνούς.

29. Οἷς τὰ π.) Auerroes habet in margine: *De ventre.* Follinus prop. 85. p. 105., vim infert verbis, atque male hunc locum explicat, primum enim vertit, *quibus venter obesus est,* quod ne Aristoteles quidem cogitauit, sed, *quibus ea, quae sunt circa ventrem:* regiones autem circa ventrem, et venter valde differunt. Secundo, non concoquere possum ipsam interpretationem inde enatam, nam dicit λαπαρὸς non *obesus*, sed *crassus* verti debere, sed quibus argumentis penitus desidero. Nihilo tamen minus sic ait. *Crassi vero ventre possunt esse carnosi, aut pingues. Crassus venter debet intelligi carnosus, et firmus propter lacertos, et musculos abdominis firmiores, quibus similes reliquos vniuersi corporis musculos concludendum est: Lacertosi autem fortes copia sanguinis, moderati calidi et spirituum.* Largior crassum ventrem debere intelligi, et tamen vocem λαπαρὸς verto pinguis, nam pingues partes circa crassum quoque ventrem esse possunt, et vere sunt, et hoc ipse Aristoteles concessurus est.

30. Λαπαρὰ) Leon. et Isingr. λιπαρὰ: itidemque

ϛοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ ἄῤῥεν. Ὅσοι δὲ μὴ λαπαροὶ, μαλακοί· ἀναφέρεται ἐπὶ τὴν [32] ἐπιπρέπειαν.

[33] Ὅσοις [34] τὸ νῶτον εὐμέγεθές τε καὶ ἐῤῥωμένον, εὔρωϛοι τὰς ψυχάς· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ ἄῤῥεν.

bene fortes: referuntur ad masculinum. Quicumque autem non pingues, molles: referuntur ad indecentiam.

Qui spinam magnam et bene fortem habent, fortes sunt anima: referuntur ad ma-

G 2

sequent. v. λιπαροὶ, quam scripturam licet Interpres quoque sequutus sit, ego tamen cum Camotio λαπαροῦ vocabulum malui: vt apud Polem. L. I. Κεφ. κβ. γαϛέρες λαπαραὶ καὶ σαρκώδεις, et Adam. L. II. Κεφ. ιβ. Γαϛέρες λαγαραὶ, εὐρωϛίαν ψυχῆς etc. *Sylb.* Auerr. habet etiam λιπαρά.

31. Εὔρωϛοι) Aldus dat εὐπαρωϛοὶ, falso.

32. Ἐπιπρέπειαν) Aldus dat ἀπρέπειαν. Et sic Auerroes quoque et Interpres legerunt.

33. Ὅσοις.) Auerroes habet in margine: *De Dorso.*

34. Νῶτον) Νῶτον autem pars posterior corporis a ceruice vsque ad μετάφρενον dicitur, vide Ruf. Ephes. in Nomencl. L. I. c. 15. Auerr. vertit, *dorsum ingens*, Interpr. *spina* quasi pro ῥάχις sit νῶτον, quae significatio interdum obtinet. Foll. prop. 79. p. 99. sic reddit: *quibus dorsum magnum est, atque robustum, animae vim validam obtinent, et referuntur ad mares, qui vero dorsum habent angustum simul et imbecillum, molles sunt, ac effeminati.* Aristoteles nomine dorsi totam intelligit spinalem medullam cum musculis adhaerentibus, et magnitudinem simul ossium et musculorum eximiam, qua corpus robustum oneribusque magnis gestandis aptum redditur. Animae autem vis valida est in corpore robusto ac sano, propter functiones rite peractas et circulationem humorum aequam.

ῥεν. Ὅσοι δὲ τὸ νῶτον στενὸν καὶ ἀσθενὲς ἔχουσι, μαλακοί· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ θῆλυ.

35 Οἱ δὲ εὔπλευροι, εὔρωστοι τὰς ψυχάς· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ ἄῤῥεν. Οἱ δὲ ἄπλευροι, μαλακοὶ τὰς ψυχάς· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ θῆλυ. 36 Ὅσοι δὲ

ἐκ

ſculinum. Qui autem ſpinam ſtrictam et imbecillem habent, molles, referuntur ad femininum genus.

Quicumque autem robuſtis lateribus, fortes ſunt ſecundum animam: referuntur ad maſculinum genus. Qui autem non bene coſtati, molles ſunt ſecundum animam: referuntur ad femininum genus. Quicumque

35. Οἱ δὲ εὔπλευροι etc.) Follin. prop. 87. p. 108. ſic tranſfert: *Qui robuſtis muniuntur lateribus, plurimum valent animae facultatibus: quod ad maſculos refertur, qui vero languidis ac imbecillis, languidam habent animae vim: quod ad feminas eſt referendum.* Tale vero dorſum, talia latera, robur corporis et bonam indolem notant, neque Follinus reprehendendus, qui in Oratore perfecto eiuſmodi robur ad geſtus edendos et vocem intendendam requiri ſtatuit: quibus quidem amplitudo pectoris, et libera amplaque reſpiratio quam maxime neceſſaria eſſe videtur.

36. Ὅσοι δὲ) Auerroes, *Quicumque autem ex coſtis circumtumidi ſunt.* Bene exprimit περιόγκοι, et ſic quoque Follin. prop. 88. p. 108. *Quicumque coſtarum latera habent praetumida ac tamquam inflata, impenſe loquaces ſunt, atque vaniloqui, quod ad boues vel ranas referuntur.* Ex principiis phyſiologicis omnis res poteſt definiri. Scilicet latera talibus tument, ſiue, ſi mavis, ſunt elatiora amplioraque, propter amplitudinem coſtarum et organorum reſpirationis negotio inſervientium firmitatem, qua fit, vt non ſolum liberior reſpiratio fiat, ſed etiam circulatio ſanguinis celerior

ἐκ τῶν πλευρῶν περίογκοί εἰσιν, οἷον πεφυσημένοι, λάλοι καὶ μωρολόγοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς βοῦς, καὶ ἐπὶ τοὺς βατράχους.

[37] Ὅσοι δὲ ([38] τὸ) ἀπὸ τοῦ [39] ὀμφαλοῦ πρὸς τὸ

ex lateribus circumducti ſunt, ſicut inflati, loquaces, et ſtultiloqui, referuntur ad boues, vel ranas.

Quicumque autem maius habent quod ab

procedat, totum corpus vividius reddens, et linguae volubilitatem concedens. Vnde loquacitas, et vaniloquium demum proueniunt.

37. Ὅσοι) Auerroes habet in margine: *De Vmbilico.*

38. Τὸ) Incluſus articulus τὸ, deeſt apud Aldum.

39. Ὀμφαλοῦ) Ὀμφαλὸς *vmbilicus*, ſic media illa cavitas, quae eſt inter ἐπιγάστριον et ὑπογάστριον dicitur. Cutis, quae eam circumdat γραῖα, *vetula*, appellatur, quod ea corrugata ſenectam adeſſe ſignificat. Vide Epheſ. Ruf. in Nomencl. L. I. c. 12. Pars illa organica duobus venis totidemque arteriis conſtat, et in medio οὐράχον habet. Dicitur etiam πρότμησις, διὰ τὸ πρῶτον τέμνεσθαι ἐν τοῖς βρέφεσιν, primum enim in infantibus ſecari ſolet. Partes, ex quibus conſtat, ſunt ἀκρομφάλιον et μεσομφάλιον ſummum et medium locum occupantes, γραῖα ſiue γραῦς, de qua modo dictum, et γαγγαμών, ſiue locus ad vmbilicum circumiectus, quem σαγήνην vocant, quod illic in modum ſagenae aut retis nervi implicentur. Ariſtot. in hiſt. anim. L. VII. c. 8. ſic definit: ὁ δὲ ὀμφαλὸς ἐστι κέλυφος περὶ φλέβας, ὧν ἡ ἀρχὴ ἐκ τῆς ὑστέρας ἐστί· τοῖς μὲν οὖν κοτυληδόνας, ἐκ τῶν κοτυληδόνων· τοῖς δὲ μὴ ἔχουσιν, ἀπὸ φλεβός· *Vmbilicus autem velut putamen eſt circa venas, quarum origo ab vtero eſt, aut acetabulis, ſi habentur, aut venae commiſſa eſt.* Vſum autem deſcriptum reperies apud Eumdem de gener. anim. L. II. c. 4. Διὸ ἐκ τῆς καρδίας τὰς δύο φλέβας ἡ φύσις πρῶτον ὑπέγραψεν· ἀπὸ δὲ τούτων, φλεβία ἀπήρτηται πρὸς τὴν ὑστέραν, ὁ καλούμενος ὀμφαλὸς

τὸ 40 ἀκροστήθιον μεῖζον ἔχουσιν, ἢ τὸ ἀπὸ τοῦ ἀκροστηθίου πρὸς τὸν τράχηλον, βοροὶ καὶ ἀναισθητοι.

vmbilico eſt vſque ad extremum pectoris; eo, quod eſt ab extremitate pectoris vſque ad collum, voraces et inſenſibiles. Vo-

*Ἔστι γὰρ ὁ ὀμφαλὸς φλὲψ, τοῖς μὲν μία, τοῖς δὲ πλείους τῶν ζώων. Περὶ δὲ ταύτας κέλυφος δερματικὸν ὁ καλούμενος ὀμφαλὸς, διὰ τὸ δεῖσθαι σωτηρίας καὶ σκέπης τὴν τῶν φλεβῶν ἀσθένειαν. Αἱ δὲ φλέβες, οἷον ῥίζαι πρὸς τὴν ὑστέραν συνάπτουσι, δι' ὧν λαμβάνει τὸ κύημα τροφήν. Τούτου γὰρ χάριν ἐν ταῖς ὑστέραις μένει τὸ ζῶον, ἀλλ' οὐχ ὡς Δημόκριτός φησιν, ἵνα διαπλάττηται τὰ μόρια κατὰ τὰ μόρια τῆς ἐχούσης. *Quocirca ex corde primum venas illas duas natura deſcripſit, de quibus venulae dependent in vterum, ex quibus, qui vmbilicus vocatur, conſtat. Vmbilicus enim vena in aliis ſimplex, in aliis multiplex eſt: quam venam putamen cuticulare ambit, quod vmbilicus vocatur, quoniam venarum imbecillitas tutelam operimentumque deſideret. Venae autem quaſi radices contingunt ad vterum, per quas alimentum haurit foetus. Eius enim rei gratia animal in vtero manet, non, vt Democritus ait, vt membra formentur ſecundum membra parentis.* Gal. de vſu part. L. X. c. 4. vmbilicum medium corporis locum tenere aſſerit, adverſus Ariſtotelem cordi medium aſſignans locum. Sed Caſp. Hoffmannus in Comm. p. 338. conciliat Ariſtotelem cum Galeno hoc modo, vt dicat eſſe vmbilicum in medio arithmetico non geometrico, cf. Vitruu. Architect. L. III. c. 1.

40. Τὸ ἀκροστήθιον) Incluſus articulus τὸ additus ex Polem. I. Κεφ. ιθ΄. οἷς τὸ ἀπὸ τοῦ ὀμφαλοῦ χωρίον ἄχρις ἄκρου στήθους, et Adam. II. Κεφ. ιγ΄. ἀπόδοις τὸ ἀπὸ τ. ὀ. ſimilis locus eſt ſupra p. 58. l. 3. *Sylb.* Lat. *extremum pectoris*, id eſt, ſeptum tranſuerſum et cartilago xiphoidea; ſicque Foll. prop. 86. p. 106. *Qui regionem, quae inter vmbilicum ſeptumque tranſuerſum interiacet, maiorem habent ea, quae inter collum ſeptumque tranſuerſum vallatur, edaces ſunt atque ſtupidi.* Exacta quidem proportio in omnibus partibus corporis ſani requiritur.

τοι. Βοροὶ μὲν, ὅτι τὸ [41] τεῦχος μέγα ἔχουσιν, ᾧ δέχονται τὴν τροφήν· [42] ἀναίσθητοι δὲ, ὅτι [43] στενότερον

races quidem, quoniam ventrem magnum habent, quo appetunt cibum: Insensibiles au-

G 4

quae tamen non regulis mathematicis conueniens esse debet, vti visum est Elsholzio in anthropometria, aut pictoribus, qui secundum spithamas corpus metiri, atque inde proportionem aestimare solent.

41. Τεῦχος) Hesych. explicat ἀγγεῖον. Auerroes et Interpr. *ventrem*. Amplitudo autem et expansio oesophagi, qua fit, vt ingens alimentorum copia in eodem possit contineri, iure ad causas voracitatis refertur. Anatomica inspectio hac in re nos firmat; Diemerbrockius enim in Anat. L. I. c. 7. commemorat; Schenkium in guloso ventriculum decem cantharos continentem, et Spigelium quatuordecim libras capientem vidisse. In medicastro quodam, eiusmodi farinae homine, obseruauit simili modo auctum ventriculum Schurigius, cuius Chylolog. c. 5. p. 375. consule. Gerh. Blaesius quoque in obseruu. anatt. p. 112. sq. narrat, se in famelici corpore dissecto, intra cor et diaphragma oesophagum dilatatum, et singularem quasi ventriculum constituentem, inuenisse. Amplitudo tamen non semper causa voracitatis est, sed interdum aliae adsunt, vel etiam concurrunt. Nimia autem copia alimentorum, non solum superflua censenda, sed et sanitati aduersa, quum pariat in ductibus obstructiones, et magnam vaporum copiam, quae totum systema neruorum afficit, atque debilius reddit.

42. Ἀναίσθητοι) Interpr. *Insensati*, Auerroes, *insensibiles*; Follin. *stupidi*, quae omnes interpretationes eodem redeunt.

43. Στενότερον τὸν τόπον) Vulgatam scripturam στενότερον retinui: licet alibi rectius legatur στενώτερον, per ω. *Sylb.* Aristoteles organa sensus circa cor, quod ventriculo satis propinquum est, constituere videtur, quod ex alio loco patet de iuuent. et senect. vita, et morte et respiratione, c. 3.

νότερον τὸν τόπον ἔχουσιν αἱ αἰσθήσεις, [44] συνενωμένον τε τῷ τὴν τροφὴν δεχομένῳ, ὥς τε [45] τὰς αἰσθή-

tem, quia anguſtum locum habent ſenſus, atque in arctum redactum, ab eo, qui recipit cibum;

ὡς ἀνάγκη καὶ τῆς αἰσθητικῆς καὶ τῆς θρεπτικῆς ψυχῆς ἐν τῇ καρδίᾳ τὴν ἀρχὴν εἶναι τοῖς ἐναίμοις· — ἀλλὰ μὴν τό γε κύριον τῶν αἰσθήσεων ἐν ταύτῃ, τοῖς ἐναίμοις πᾶσιν· ἐν τούτῳ γὰρ ἀναγκαῖον εἶναι τὸ πάντων τῶν αἰσθητηρίων κοινὸν αἰσθητήριον. *Quare neceſſe eſt, et ſenſitivae animae in corde principium eſſe ſanguine praeditis. — At vero quod principale ſenſuum in hoc, in ſanguinem habentibus omnibus. In hoc enim neceſſarium eſſe omnium ſenſoriorum commune ſenſorium.* Sane, ſi Ariſtoteles noſtris vixerit temporibus, diceremus ipſum ſpolia opima ex quorumdam noſtratium philoſophorum ſcriptis deportaſſe. Sed tamen addit et haec verba: διὰ τί δ' αἱ μὲν τῶν αἰσθήσεων φανερῶς συντείνουσι πρὸς τὴν καρδίαν, αἱ δ' εἰσὶν ἐν κεφαλῇ. Διὸ καὶ δοκεῖ τισιν αἰσθάνεσθαι τὰ ζῶα διὰ τὸν ἐγκέφαλον. *Propter quod autem hi quidem ſenſuum manifeſte tendunt ad cor, illi autem ſunt in capite, quapropter et videmus quibuſdam ſentire animalia propter cerebrum.* Igitur duplicem ſenſuum ſedem ſtatuit, quorumdam, videlicet guſtus et olfactus, in motu cordis, reliquorum in cerebro. Iam ex his colligimus: homines voraces eſſe cachecticos, obſtructis laborare ductibus, bono chylo deſtitui, craſſo fluido nerueo praeditos eſſe, et propterea torpore membrorum, hebetudine ſenſuum, atque adeo ſtupiditate affici. Accedit et hoc, voraces neque contentioni ſtudiorum, quae ingenium et intelligentian acuunt, ſe dare, neque laborioſos eſſe; ſecundum tritum illud: *plenus venter non ſtudet libenter.*

44 Συνενωμένον) Camot. συνεζωσμένον. Poſſemus etiam legere συνηνωμένον, non multum diuerſa ſignificatione, *Sylb.* Follin, legiſſe videtur cum Cam. συνεζωσμένον, vertit enim: *vallatur.*

45. Τὰς αἰσθήσεις βεβαρῦνθαι) *Senſus grauentur.* Simile quid de repletione eſt apud Hippocr. de vict. rat. S. IV p. 37. Φράσσουσι τοὺς πόρους τοῦ πνεύματος, πολλῆς

αἰσθήσεις βεβαρύνθαι, διὰ τὰς τῶν σιτίων πληρώσεις ἢ ἐνδείας.

46 Ὅσοι δὲ τὰ στηθία ἔχουσι μεγάλα καὶ διηρθρωμένα, εὔρωστοι τὰς ψυχάς: ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ ἄρρεν.

47 Ὅσοι δὲ τὸ μετάφρενον ἔχουσι μέγα καὶ 48 εὔσαρκον,

ita vt sensus grauentur propter repletiones ciborum, aut indigentiam.

Quicumque autem pectus magnum habent, et articulatum, fortes sunt secundum animam: referuntur ad masculinum genus.

Quicumque autem metaphrenon habent

ἐννεοῦσης τῆς πλησμονῆς. *Spiritus meatus opplent, quum multa insit repletio*, quibus oppletis et sensus turbantur. Sylb. notat Camot. habere in seq. copulatiue καὶ ἐνδείας.

46. Ὅσοι δὲ etc.) Camot. habet τὰ στήθη vt ap. Pol. I. Κεφ. ιθ'. στήθη μεγάλα, et Adam. II. Κεφ. ιγ'. στήθη μ. *Sylb*. Auerroes ad marginem habet, *De Pectore*. Vertit vero: *Quicumque autem pectus magnum habent, et dearticulatum, fortes* etc. Calor enim distendit atque expandit, animoque fortitudinem conciliat, quae, ne in ferociam transeat, aeris refrigerio per pulmones temperatur.

47. Ὅσοι δὲ τὸ μετάφρενον) Auerroes ad marginem: *De Metaphreno*, Quae pars sub μετάφρενῳ sit intelligenda non distincte satis ex veteribus potest explicari: vi etymi τὸ μετὰ τὰς φρένας innuitur. Igitur est ea pars spinalis medullae, quae a collo pertingit ad lumbos, constituitque partem posteriorem thoracis, quam Latini *dorsum* appellarunt. Totam siquidem spinam in quatuor partes diuidunt, ceruicem videlicet, dorsum, lumbos, et os sacrum. Vide Ruf. Ephes. in Nomencl. L. I. c. 11. et Nostr. p. 82. n. 41.

48. Εὔσαρκον) Aldus dat ἄσαρκον, ex operarum errore, particulam εὐ cum ἄ con-

σαρκον, καὶ [49] ἀρθρῶδες, [50] εὔρωστοι τὰς ψυχάς· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ ἄῤῥεν. Ὅσοι δὲ ἀσθενὲς καὶ ἄσαρκον καὶ ἄναρθρον, μαλακοὶ τὰς ψυχάς. ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ θῆλυ. Ὅσοις δὲ [51] τὸ μετάφρενον κυρτὸν

magnum, et bene carnoſum, et articulatum, fortes ſunt ſecundum animam: referuntur ad maſculinum. Quicumque autem imbecille, et non carnoſum, et inarticulatum, molles ſunt ſecundum animam: referuntur ad femininum. Quibuſcumque au-

fundentium, nam vi oppoſiti infra, debet eſſe εὔσαρκον, Auerroes quoque habet, *bene carnoſum.*

49. Ἀρθρῶδες) Aldus dat ἀρθρῶδεις, vitioſe.

50. Εὔρωστοι) Intelligit hic animae vim vitalem et animoſam: tales enim habent pectus magnum, et bene compactum, a copia caloris et ſpirituum, a qua robur facultatis vitalis, quae a ſanguine pendet, vide Senec. de benef. L. IV. c. 6. *Vnde ſanguinem, cuius curſu vitalis continetur calor.*

51. Τὸ μετάφρενον κυρτὸν etc.) Cam. κυρτὸν ἐπὶ σφόδρα. *Sylb.* Varia ſunt ſpinae vitia curuitatem producentia, quae recenſebimus. Primo: λόρδωσις, quum vertebrae eius, loco motae in anteriorem partem conuerſae ſunt, vel incuruatio in anteriora, quum homo vitioſa dorſi ſpina ſemper capite prono eſt, vide Erbtian. in Exp. voc. Hipp. voce λορδωτόν. Secundo: κύφωσις, *gibboſitas*, etiam κύρτωσις et ὀπισθοκύφωσις appellata, quum vertebrae loco motae ſunt et in poſteriorem partem conuertuntur, quod a caſu, ictu, et tuberculis duris, anteriorem thoracis partem diſtendentibus, pulmonemque prementibus aliquando contingit v. Galen. ad aphor. Hipp. VI. 46. Tertio, σκολίωσις in latus diſtorſio, quae et ῥῶμα dicitur, quum vertebrae loco mouentur et in latus inclinant; tandemque, σεῖσις, quum vertebrae quidem in ſuo loco manent, ſed earum compago dimouetur v. Gal. com. in L. de artic. III. T. V. p. 287. a. Κύφωσιν

κυρτόν ἐστι σφόδρα, οἵ τε [52] ὦμοι πρὸς τὸ στῆθος συνηγμέναι, [53] κακοήθεις· ἀναφέρεται ἐπὶ τὴν ἐπιπρέπειαν, ὅτι [54] ἀφανίζεται τὰ ἔμπροσθεν προσήκοντα φαίνεσθαι. Ὅσοι δὲ τὸ μετάφρενον ὕπτιον ἔχουσι, [55] χαῦνοι καὶ [56] ἀνόητοι. ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς

tem metaphrenon curuum eſt valde, muſculique ad pectus coacti, mali moris ſunt: referuntur ad apparentem conuenientiam, quia pereunt antrorſum conuenientia videri. Quicumque autem metaphrenon eminens habent, et glorioſi, et non intelligentes: re-

praecipue intelligere Ariſt. docent verba, ὅ τε ἀφανίζεται etc. quia videlicet in parte pectoris antica non apparent ea, quae conuenienter ac decenter adſpiciuntur, quales ſunt mammae ornamento foeminis datae, pectoriſque elatio venuſta, quae facit ad ſplendorem geſtus.

52. Ὦμοι πρὸς τὸ στῆθος etc.) Hanc lectionem etiam reſpexiſſe videtur Interpres, dum vertit: *in arctum redactum. Sylb.* Follin. *muſculique ad pectus coacti*, legisſe videtur μύες. Auerroes vero vulgatam retinuit, *humeri ad pectus contracti.*

53. Κακοήθεις) *Mali moris ſunt.* Male compactum pectus debiles et effeminatos arguit, quam quidem imbecillitatem quum celare nitantur giberoſi, ad aſtutiam et vafritiem contendunt, quae ipſis propriae quaſi, experientia conformante, eſſe ſolent.

54. Ἀφανίζεται) Camot. ἀφανίζονται. *Sylb.* Conſentit Interpr. At Auerroes legiſſe videtur: φαίνονται, reddit enim: *quia apparent ea, quae antrorſum, conuenientia videri.*

55. Χαῦνοι) Ab omnibus fere vertitur, *glorioſi.* Mallem, *ſuperbi*, nam gloria etiam bono ſenſu accipitur, et Latinorum *ſuperbus* optime reſpondet τῷ χαυνῷ, quod de rebus dicitur, quae hiatibus quibuſdam ita diducuntur, vt laxiores fiant, ac de inflatis, tumidis, quae bene conueniunt in ſuperbos. Atqui pectore qui ſunt eminenti, et viribus animi

τοὺς ἵππους. [57] Ἐπεὶ δὲ οὔτε κυρτὸν σφόδρα δεῖ εἶναι, οὔτε κοῖλον, τὸ μέσον ζητητέον τοῦ εὖ πεφυκότος.

[58] Ὅσοις

feruntur ad equos. Quoniam autem neque curvum vehementer oportet esse, neque concauum metaphrenon, medium quaerendum bene nati.

et corporis pollere sibi persuadent, et spirituum copia potissimum imaginationis vim afficit. In pectore siue corde nasci superbiam Plin. L. XI. c. 37. asserit: *Superbia alicubi conceptaculum, sed hic sedem* (in oculis) *habet. In corde nascitur, huc subit, hic pendet.*

56. Ἀνόητοι) Auerroes melius quam Interpr. *insipientes*, nam ἀνόητος idem est ac ἄφρων, qui a rationis tramite aberrat longissime. Dispositio animi vero talis e superbia generatur, quod apparet ex eo, quia interdum ex superbia, et ex idea fixa quidam sibi maniam contrahere solent.

57. Ἐπεὶ δὲ οὔτε κ.) Follin. prop. 83. p. 104. reddit: *Qui metaphrenon mediocriter constitutum habent, sunt bene nati.* Auerr. "Quum autem neque curuum vehementer esse oportet, neque concauum, quaerendum," (excidit procul dubio vox, *medium*, seu mediocre) *bene formati.* At non ad formam corporis, sed ad animum transferendum. Ergo mallem Follinum sequi, atque *bene nati* explicare *de animo ingenuo*, qui dotes a natura concessas virtutis cultu et artium liberalium institutis polit atque perficit. Nec sine causa vsus est vocabulo μέσον ζητητέον, quod omnino de virtute explicandum, ita enim Aristot. de morib. L. II. c. 9. Ὅτι μὲν οὖν ἐστὶν ἡ ἀρετὴ ἡ ἠθικὴ μεσότης, καὶ πῶς, καὶ ὅτι μεσότης δύο κακιῶν τῆς μὲν, καθ' ὑπερβολήν· τῆς δὲ, κατ' ἔλλειψιν· καὶ ὅτι τοιαύτη ἐστὶ διὰ τὸ στοχαστικὴ τοῦ μέσου εἶναι τῇ ἐν τοῖς πάθεσι καὶ ταῖς πράξεσιν. *Virtutem igitur moralem mediocritatem esse, atque id quomodo: mediocritatemque esse duorum vitiorum, quorum alterum per excessum, alterum per defectum sit, nec non eiusmodi eam esse, quod medii coniectrix est, quod in*

[58] Ὅσοις [59] αἱ ἐπωμίδες ἐξηρθρωμέναι, καὶ οἱ ὦμοι, εὔρωστοι τὰς ψυχάς· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ ἄρρεν. [60] Ὅσοις δὲ οἱ ὦμοι ἀσθενεῖς, ἄναρθροι, μαλακοὶ τὰς ψυχάς· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ θῆλυ. [61] Ταῦτα λέγω ἅπερ περὶ ποδῶν καὶ μηρῶν.

Ὅσοις

Quibuſcumque ceruix articulis eminentibus, et ſcapulae, fortes ſunt ſecundum animam: referuntur ad maſculinum: quibus ceruix imbecillis, et inarticulata, molles ſunt ſecundum animam: referuntur ad femininum. Haec dico, quae dixi de pedibus et coxis.

affectibus actionibuſque exiſtit.

58. Ὅσοις) Auerr. ad marg. habet: *De Ceruice et Humeris.*

59. Αἱ ἐπωμίδες) Auerr. et Interpr. *Ceruix articulis eminentibus.* Rufus autem Epheſ. in Nomencl. L. I. c. I. partes, quae a tendine ad humeros pertineant, ἐπωμίδες dici affirmat, hoc loco autem hae partes ſimul articulos et ceruicem includunt. Follin. *Qui craſſam habent ceruicem, robuſtam animi vim obtinent.* Rationem reddit, quae noſtram firmat interpretationem: prop. 70. p. 93. *Craſſa ceruix*, inquit, *efficitur ex oſſium illius craſſitie, tum ex muſculorum magnitudine, qui collo adhaerent, illudque conſtituunt: ſaepiſſime autem oſſium craſſitiem et muſculorum ſignificant, robur naturae efformantis, et miniſtri illius caloris.*

60. Ὅσοις δὲ οἱ ὦ.) *Auerroes: Quibuſcumque autem ceruix et humeri imbecilles, et inarticulati, molles ſunt ſecundum animam.* De ceruice nihil in Graeco, ergo ex antecedenti propoſitione huc tralatum. Follin. *Qui vero tenuem, languidam, et imbecillem, referuntur ad feminas.* Sed languidam, ἄτονος, non eſt in Graeco, niſi in ἄναρθροι hanc ineſſe notionem forte crediderit.

61. Ταῦτα) Hanc vocem etiam agnoſcit Interpres, *haec dico*: ſed rectius fortaſſe ταῦτα λέγω καὶ περὶ μηρῶν, καὶ περὶ ποδῶν Sylb.

Ὅσοις [62] ὦμοι εὔλυτοί εἰσιν, ἐλεύθεροι τὰς ψυχάς· ἀναφέρεται δέ [63] ἀπὸ τοῦ φαινομένου, ὅτι πρέπει τῇ φαινομένῃ μορφῇ ἐλευθεριότης. [64] Ὅσοις δὲ

Quibuscumque autem scapulae bene solutae sunt, liberales sunt secundum animam: referuntur ad apparentem, quia conuenit apparenti formae liberalitas. Quibus vero

Aboolit Benroist quoque, *haec dico*. Aldus, ταῦτα λέγω ἅπερ περί. Quam quidem lectionem, librorum manu exaratorum auctoritate, firmari in margine notat Du Vallius.

62. Ὦμοι) Ὦμος dicitur totum illud, quod in articulatione brachii cum omoplata apparet sensibus. Aristoteles autem vt plurimum pro scapula, aut articulo humeri vsurpat, vnde non mirum, si Interpr. et Follin. reddant *scapulae*, et Auerroes *humeri*. Foll. versio eodem propemodum redit: *Quibuscumque scapulae sunt latae, magnae et distantes, liberales sunt*. Nam si latae sunt, sunt etiam bene solutae. Pendet vero illa latitudo, tum a latitudine partis superioris pectoris, nimirum costarum primarum, tum etiam a longitudine clauicularum, quae quo longiores sunt omoplatae, eo magis distantes deprehenduntur. Itaque largi scapulis etiam largi manibus, quia viribus corporis sui confidunt, rebusque terrenis non maiorem tribuant vim, quam quae ipsis competat, ideoque in bonis sibi concessis distribuendis felicitatis suae aliquam ponant partem. Videndum tamen ne liberalitas peruersa fiat, qualis Caligulae fuisse memoriae proditum est.

63. Ἀπὸ τοῦ φ.) Camot. ἐπὶ τὸ φαινόμενον: vt Interpr. quoque vertit, *ad apparentem*. *Sylb.* Quam lectionem Cam. MSS. firmari in margine notauit Du Vallius.

64. Ὅσοις δὲ οἱ ὠ.) Follin. *Quibus vero strictae, et contractae scapulae, illiberales.* Auerroes et Interpr. magis ad verbum *conuulsae*, id est, spastice contractae.

δὲ οἱ ὦμοι δύσλυτοι, συνεσπασμένοι, ἀνελεύθεροι· ἀναφέρεται ἐπὶ τὴν ἐπιπρέπειαν.

65 Οἷς τὰ περὶ τὰς 66 κλεῖδας εὔλυτα, αἰσθητικοί. Εὐλύτων γὰρ ὄντων τῶν περὶ τὰς κλεῖδας, εὐκόλως τὴν κίνησιν τῶν αἰσθήσεων 67 δέχονται. 68 Οἷς δὲ τὰ περὶ τὰς κλεῖδας 69 συμπεριπεφραγμένα

difficulter ſolubiles, conuulſae, illiberales: referuntur ad apparentem conuenientiam.

Quibuſcumque autem ea, quae ſunt circa clauem colli, bene ſolubilia, ſenſibiles: nam bene ſolubilibus exiſtentibus, quae ſunt circa clauem, facile motum ſenſuum recipiunt. Quibus vero, quae circa claues ſunt,

65. Οἷς) Auerroes notat in margine: *De iis, quae ſunt circa clauem colli.*

66. Κλεῖδας) Auerroes et Interpr. *clauem*. Foll. *Quibus clauiculae agiles ſunt, acumine ſenſuum valent, nam quum clauiculae facile ſoluantur, facile ſenſuum ſpecies excipiunt.* Illa oſſa tortuoſa et inaequalia, ſternum cum omoplatis ligantia, facile moueri poſſunt, muſculorum mollitie moderata. Mollities autem bonam temperiem indicat. Muſculos reliquaſque clauiculae partes adnatas deſignari, colligendum eſt ex verbis τὰ περὶ τὰς κλεῖδας Acumen autem ſenſuum ex mollitie partium muſculoſarum prouenire docet Ariſt. de anima, L. IX. c. 2. οἱ μὲν γὰρ σκληρόσαρκοι, ἀφυεῖς τὴν διάνοιαν· οἱ δὲ μαλακόσαρκοι, εὐφυεῖς. *Duri enim carne, inepti, molles autem carne bene apti*, (acuti ingenii). Itaque agilitas clauicularum agilitatem ſenſuum producit, agilitas ſenſuum ingenii perſpicaciam, iudiciique acumen.

67. Δέχονται) Camot. compoſ. παραδέχονται. *Sylb.* Lectio haec ex ſequenti παραδέχεσθαι a librario conficta.

68. Οἷς δὲ etc.) Follin. prop. 76. p. 98. *Quibus clauiculae difficulter commouentur, animo ſunt obtuſi, clauiculis namque difficile commotis, qui fieri poteſt, vt ſenſus in percipiendis rebus ſenſibilibus non intelligant?*

69. Συμπεριπεφραγμένα) Ca-

μένα ἐςίν, ἀναισθήτοι. Δυσλύτων γὰρ ὄντων τῶν περὶ τὰς κλεῖδας, ἐξαδυνατοῦσι τὴν κίνησιν παραδέχεσθαι τῶν αἰσθήσεων.

70 Ὅσοι τὸν 71 τράχηλον παχὺν ἔχουσιν, εὔρωςοι τὰς ψυχάς· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ ἄῤῥεν. Ὅσοι δὲ λεπτὸν, ἀσθενεῖς· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ θῆλυ. Οἷς τράχηλος 72 παχὺς καὶ πλέως, θυμοειδεῖς· ἀνα-

conclusa sunt, insensibiles: difficulter enim solubilibus existentibus his, quae circa clavem, impotentes sunt recipere motum sensuum.

Qui collum grossum habent, fortes sunt secundum animam, referuntur ad masculinum, qui autem habent subtile, imbecilles sunt: referuntur ad feminas. Quibuscumque collum grossum, et carnosum, iracundi:

mot. συμπεφραγότα: Interpr. *conclusa*. *Sylb.* Interpres sequutus est Auerroem. Συμφράσσειν bene expressit Cicero de Fato c. 5. *obstructa et obdurata*; stupiditatisque notam esse affirmat.

70. Ὅσοι) Auerroes ad marg. habet: *De Collo*.

71. Τράχηλον) Totam illam partem τῆς ῥάχεως capiti proxime subditam et annexam, spondylisque septem constantem, τράχηλον medici nominare solent. Αὐχὴν quoque et δειρή interdum appellatur, cf. Ruf. Eph. in Nomencl. L. 1. c. 9. et Galen. de ossibus c. 7. 8. Vocem παχὺν Follin. vertit, *crassum*; λεπτὸν vero *tenuem*, Auerroes, *gracilem*. Et ossium et musculorum crassities et tenuitas hic in censum venit.

72. Παχὺς καὶ πλέως) Πλέος, more communi Interpres vertit, *carnosum*. *Sylb.* Aldus habet πλέον. Auerroes reddit, *crassum et carnosum*. Porta, *crassum et plenum*. Crassities et plenitudo carnosarum partium docet, eas esse compactas, firmas, duras. Ex duritie autem carnis colli ad duritiem cordis Physiognomones concludunt, quippe quum cor

ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς θυμοειδεῖς ταύρους. 73 Οἷς δὲ εὐμεγέθης, μὴ ἄγαν παχὺς, μεγαλόψυχοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς λέοντας. 74 Οἷς λεπτὸς, μακρὸς,

referuntur ad iracundos tauros. Quibuscumque autem est bene magnum, non valde grossum, magnanimi: referuntur ad leones. Qui-

aeque sit musculosa pars. Cordis vero duritiem ex caloris abundantia, quae illud siccioris naturae efficit, prouenire, iidem docent; ex qua denium illa pertinacia, quae iracundia dicitur, originem trahit. De irae vero et iracundiae differentia consulendus Seneca de ira, L. I. c. 4.

73. Οἷς δὲ εὐμ.) Auerroes reddit: *Quibus autem est ingens, non valde crassum, magnanimi:* Follin. prop. 72. c. 94. paulo aliter: *Quibus ceruix non est admodum crassa, sed oblonga et procerosa; hi sunt magnanimi.* Quam quidem interpretationem sic firmare nititur: *Hanc esse genuinam textus versionem, probatur ex his, quae Aristoteles tradidit de Leone principio huius operis. Quum inquit: Leonis ceruicem esse oblongam, crassitie mediocrem. Magnanimitas est excelsi atque inuicti animi magnitudo et robur, atque firmitas ad res magnas gerendas. Haec autem virtus debilibus non innascitur, sed robustis: robur autem corporis significatur mediocri crassitie et longitudine ceruicis, in quibus robur efformatricis, crassitiei autem mediocris firmitas adiungatur est necesse, quo cordis mediocris quantitas significatur, vt superius ostensum est, ad magnanimitatem necessaria, referri autem ad leones apertum est ex colli charactere, et virtutis genere, licet in leone ferocitas dicatur non virtus, quia ratione non regatur.*

74. Οἷς λεπτός) Auerroes: *Quibus est longum, gracile.* Follin. *Quibus ceruix est praetenuis et prolixa, timidi.* Anima videlicet ex neruorum colli ac musculorum tenuitate, imbecillitatem consequuta est, quae timorem producit. Timoris autem descriptionem habes in Theophrasti Char. eth. c. 3.

κρὸς, δειλοί· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ἐλάφους. [75] Οἷς δὲ βραχὺς ἄγαν, ἐπίβουλοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς λύκους. [76] Οἷς τὰ [77] χείλη λεπτὰ, καὶ [78] ἐπ᾽ ἄκραις ταῖς

bus est longum, ſubtile, timidi ſunt: referuntur ad ceruos. Quibus autem breue valde, doloſi, et inſidiatores: referuntur ad lupos. Quibus ſunt labia ſubtilia, et in extre-

75. Οἷς δὲ βρ.) Vox *Doloſi*, quam Auerroes et Interpr. habent, non eſt in Graeco, neque apud Follin. prop. 74. p. 95. ſic enim: *Quibus ceruix eſt breuiuſcula, ſunt inſidiatores* etc. Operae pretium eſt verba tranſſcribere ipſius, interpretationis loco: *Vnius*, ait, *animalis vna proprietas eſt, omnes vero lupo attribuunt voracitatem, fame namque obſeſſum terram vorare tradunt: Inſidias autem, et aſtutiam vulpi, vt colligere eſt ex fabulis Aeſopi, in quibus ſaepe lupus a vulpe deluſus dicitur: ſuas quin etiam aſtutias vnum quodque animal habet, quibus alios aut decipit ad victus, aut alterius rei commoditatem. Quare quum vorax ſit, plures inſidias animalibus reliquis parare facile exiſtimauerim. Sed voracitas cauſa inſidiarum. An qui lupo ceruice eſt ſimilis, ſit etiam par moribus; ſi ad colli breuitatem voracitas ſequitur, voraces, quia multa vorant et bona obliguriunt, ad edulia comparanda aſtutiis pleni ſunt. Verum quae ſimilitudo colli breuis ad hepatis vaſtitatem, ex quo voracitas. An qui collo ſunt breui, hepate magno exiſtunt? Breuis ceruix craſſa eſſe ſolet, quod enim detrahitur longitudini, latitudini adiungitur. Magnum autem iecur excedit latitudine, quare ſi proportio ſeruetur membrorum aliqua in corporibus, quum ceruix eſt, vt hepar latum ſit, probabile videtur.*

76. Οἷς τὰ χ.) Auerroes habet in margine: *De Labiis*, et τὰ χείλη λεπτὰ reddit, *labia gracilia*. Interpretatio Follini prop. 62. p. 84. ſic ſe habet: *Labia tenuia eadem laxa iuxta labiorum angulos: ita vt partes ſuperiores cadant ſuper inferiores, ii magnanimi ſunt: quod nimirum ad leones refertur; id etiam videre licet in proceroſis ſimul ac robuſtis canibus.*

ταῖς συγχειλίαις χαλαρὰ, [79] ὡς ἐπὶ τοῦ ἄνω χείλους πρὸς τὸ κάτω ἐπιβεβλῆσθαι τὸ πρὸς τὰς συγχει-

mitatibus laxa, ita, vt ſuperius labium ad inferius protendatur ad coniunctionem labiorum,

H 2

77. Χεῖλη) Labia, ſic dicta haud dubie παρὰ τὸ χεέιν λόγους: quod ſermonem emittant et fundant. Oris extremitates muſculoſae, ipſum viciſſim claudentes aperienteſque, hoc nomine inſigniuntur. Variae partes labiorum variis gaudent nominibus; ſic πρόχειλον eſt, quod in labiis prominet, μάσταξ et λογεῖον ſecundum Poll. eſt labiorum ſectio, quae τὸ στόμα efficit, προστόμιον ſiue προστομία labiorum mutuus congreſſus: φίλτρον cauitas, quae ſuperiori, et τύλος et νύμφη quae inferiori labro ineſt. Muſculi quibus conſtant, ſunt vel *communes* vel *proprii*. *Communes* ſunt ſemiorbiculares, ſupraſemiorbiculares, buccinatores, zygomatici maiores. *Proprii labii ſuperioris*, zygomatici minores, canini, inciſores laterales, inciſores medii. *Proprii labii inferioris*, triangulares, collaterales triangularium, quadratus, inciſores inferiores, platiſmamyoides ſiue cutanei. De quibus omnibus fuſius Winslowius in Expoſ. anat. corp. hum. T. IV. P. II. Tract. de capite p. 252. In numero autem variant Anatomici, Galenus de vſu part. L. XI. c. 16. quatuor tantum agnoſcit.

78. Ἐπ' ἄκραις συγχειλίαις) Nullus interpretum vocem συγχειλίαις expreſſit, qua notantur extremitates, quibus iunguntur labia, in quibus conſpirant arcteque cohaerent. At paulo inferius *ad coniunctionem labiorum* reddiderunt.

79. Ὡς ἐπὶ τοῦ) Interpres videtur legiſſe, ὡς τὸ ἄνω χεῖλος πρὸς τὸ κάτω ἐπιβεβλῆσθαι πρὸς τὰς συγχειλίας, *ita vt ſuperius labium ad inferius protendatur ad coniunctionem labiorum*, vt paulo poſt, καὶ τὸ ἄνω τοῦ κάτω προκρέμαμενον, et apud Pol. I. Κεφ. ιδ'. χεῖλη χαλαρὰ ὡς ἐπιβεβλῆσθαι τῷ κάτω τὰ ἄνω, et ap. Adam. II. Κεφ. ιζ'. ὡς ἐπιβλῆσθαι τοῖς κάτω τὰ ἄνω. *Sylb.* Auerr. Interpretis agnoſcit lectionem.

συγχειλίας, [80] μεγαλόψυχοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς λέοντας. Ἴδοι δ᾽ ἄν τις τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν μεγάλων καὶ εὐρώστων κυνῶν. Οἷς τὰ χείλη [81] λεπτὰ σκλήρα, [82] κατὰ τοὺς κυνόδοντας τὸ ἐπανεστηκὸς, οἱ οὕτως ἔχοντες, [83] εὐγενεῖς· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὗς.

magnanimi ſunt, referuntur ad leones. Videbit vtique aliquis hic et in magnis et in fortibus canibus, quibus labia ſubtilia, dura, circa dentes caninos ſupereminentia. Qui ita habent, ignobiles: referuntur ad ſues.

80. Μεγαλόψυχοι) Labiorum quidem elegantem et modeſtam compoſitionem, quae in competente iuxta nutum animi motione muſculorum conſiſtit, boni habitus ſignum eſſe ſatis conſtat. Sed quomodo ſtructura labiorum poſſit magnitudinem animi declarare, non ſtatim patet. Forte hoc modo: Siccitas et calor coarctant atque membra reddunt firma, hinc tenuitas. Laxitas autem hoc loco idem eſt ac propenſio in longitudinem, ad quam abundans materia requiritur. Ergo ſiccitas et calor materiam illam abundantem verſus exteriora propulſant, atque adeo illa longitudo propendens teſtimonium perhibet, adeſſe internam caliditatem atque ſiccitatem. Vbi autem calor et ſiccitas, ibi robur naturae; vbi robur naturae, ibi magnitudo animi.

81. Λεπτὰ, σκλήρα etc.) *Gracilia et dura, circa d. etc.* Similitudo deſumta eſt a conformatione partium. Os enim prominens ſues refert; et aliquam imperfectionem formatricis virtutis prodit, atque adeo aliquid ignobile, vel potius, quod externo decoro, venuſtati faciei, aduerſatur.

82. Κατὰ τοὺς κυνόδοντας.) Interpres legit, κατὰ τοὺς κυνόδοντας ἐπανεστηκότας, *circa dentes caninos ſupereminentia.* Adamant. infra II. Κεφ. ιζ'. ὅσοις κατὰ τοὺς κυνόδοντας κορυφοῦται τὰ χείλη, itidemque Polemo I. Κεφ. ιά. iiſdem verbis. *Sylb.* Interpr. ſequitur Auerroes, *circa dentes caninos ſupereminentia.*

83. Εὐγενεῖς.) Interpres legit ἀγενεῖς, *ignobiles. Sylb.* Et Auerroes facit cum In-

ὑς. [84] Οἱ δὲ χείλη παχέα ἔχοντες, [85] καὶ ἄνω τοῦ κάτω προκρεμώμενον, μωροί· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς

Qui autem groſſa labia habent, et ſuperius inferiori propendens, fatui: referuntur ad

terprete, cuius etiam vera lectio eſt.

84. Οἱ δὲ χείλη) Aldus inſerit τὰ, οἱ δὲ τὰ χείλη. Follin. prop. 63. p. 85. ſic reddit totum hunc canonem: *Quicumque craſſa ſortiuntur labra, ſed inferiore ſuperius magis demiſſum, ſtulti, referuntur ad aſinos.*

85. Καὶ ἄνω κ.) Aldus inſerit τὸ, καὶ τὸ ἄνω. Προκρεμώμενον, eſt, *demiſſum, propendens, prominens.* Non mirum, ſi labrum ſuperius demittitur, quum pendulum eſt; tamen in quamplurimis hoc, ob venuſtatem faciei, natura minime voluit fieri. Itaque ſi fit in homine praeter naturae ordinem, cauſa in abundantiam humoris, a quo emollitae carnes extenduntur, et demittuntur, eſt referenda. A copia autem humiditatis oritur fatuitas. Quae, ſi morbus eſt, ex Paulo Aegin. L. III. c. 11. vel ex ſiccitate, vel ex humiditate originem trahit: αἰτίαν δὲ σχήσουσιν (μωρώσις καὶ μνήμης ἀπώλεια) καὶ νῦν, τὴν συςᾶσαν δυσκρασίαν. Ἀλλ' εἰ μὲν ὑγρὰ μόνον εἴη, καὶ τε μνήμης καὶ τοῦ λογισμοῦ κάκωσιν εἴσει, νωθρότητάς τε καὶ καταφορὰς, καὶ ὕπνους μακροὺς καὶ βαθεῖς. Εἰ δὲ μετὰ ψυχρότητος, κάρους τε καὶ ληθάργους. Ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ ξηρότης μόνη μὲν ἀγρυπνίας ἐπάγει, μετὰ δὲ θερμότητος, παραφροσύνας τε καὶ φρενιτίδας. Συνίςανται δὲ αὗται αἱ δυσκρασίαι, ποτὲ μὲν κατὰ τοὺς χυμοὺς, ποτὲ δὲ κατὰ τὰς ἐγκεφάλου κοιλίας ἢ κατὰ τὰ ἐν αὐτῷ ἀγγεῖα, ἤγουν κατὰ τὴν παρεσπαρμένην ὑγρότητα, κ. τ. λ. *Cauſam vero habent communem,* (fatuitas et memoriae amiſſio) *conſiſtentem ac conſtituentem ipſas intemperiem. Verum ſi haec humida ſolum fuerit, et memoriae et rationis vitiationem inducet, et torpores, et in ſomnum delationes, et ſomnos longos et profundos: ſi vero cum frigiditate, ſopores et lethargos: eodem modo etiam ſiccitas, ſola quidem vigilias inducit, cum caliditate vero deliria et phrenitidas: Conſiſtunt autem hae intemperaturae quandoque in humori-*

τοὺς ὄνους τε καὶ πιθήκους. Ὅσοι δὲ τὸ ἄνω χεῖλος, καὶ [86] τὰ οὖλα προεστηκότα ἔχουσι, [87] φιλολοίδοροι. ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς [88] κύνας.

[89] Οἱ δὲ τὴν ῥῖνα ἄκραν παχεῖαν ἔχοντες, [90] ῥάθυμοι.

asinos. Quicumque autem superius labium et gingiuas praeeminentia habent, amatores sunt contumeliarum: referuntur ad canes.

Quicumque autem nasum extremum gros-

bus, quandoque in cerebri ventriculis, aut in ipsius vasis, aut in dispersa humiditate etc.

86. Τὰ οὖλα) *Gingiuae*, sic dicuntur τὰ περὶ ὀδόντας περιέποντα σαρκία, carunculae dentibus circumpositae, quarum connexio χαλινὸς vocatur. Vide Ruf. Ephes. in Nomencl. L. I. c. 8. Gingiuae autem ossis mandibulae superioris sequuntur efformationem, elatum igitur os mandibulae gingivas elatas, labrumque latum ac prominens facit, vnde audax superbia, qua, quum partibus corporis alios superant, excellentiores se tales homines esse credunt; si vero ab aliis se despici intelligant, ad convitia et maledicta confugiunt, quibus iniurias propellere student.

87. Φιλολοίδοροι) Auerroes et Interpr. *amatores sunt contumeliarum.* Follin. prop. 64. p. 86. *ad conuitia, ad maledicendum proni.*

88. Κύνας) Zootomia docet canes eiusmodi labra gingiuasque non habere, vnde Aristotelis verba de moribus sunt accipienda, quibus mordendo latrandoque iniurias remouent.

89. Οἱ δὲ τὴν ῥ.) Auerroes in marg. habet: *De Naso.* Et sic reddit: *Qui autem nasum extremum crassum habent, segnes;* Follin. prop. 53. *Qui pinnulas narium sortiuntur crassas, pigri admodum sunt, referuntur ad boues.* Bene, nam πτερύγια intelliguntur, quod apposita vox ἄκρα docet. De nasi partibus vide Eph. Ruf. in Nomencl. L. I. c. 4. Gal. de vsu partt. L. XI. c. 17. de ossibus c. 4. et alios.

90. Ῥάθυμοι) De iis potissimum haec dicitur vox, qui leues tantummodo amant labores, qui omnem contentionem fugiunt, et tan-

θυμοι· ἀναφέρεται [91] ἐπὶ τοὺς βοῦς. [92] Οἱ δὲ τὴν ῥῖνα [93] ἀκρόθεν παχεῖαν ἔχοντες, ἀναίσθητοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὗς. [94] Οἱ τὴν ῥῖνα ἄκραν [95] (ὀξεῖαν)

sum habent, rathymi sunt, id est, facilem animum habent ad concupiscendum, referuntur ad boues. Qui autem nasum in extremitate grossum habent, insensibiles sunt, referuntur ad sues. Qui nasum extremum acu-

H 4

dem in oppositione τοῦ φιλόπονου, *segnes, pigri.* Dispiciendum autem, quomodo pigritiae signum pinnulae narium esse possint? Musculi scilicet interni et externi exigui, cartilagini nasi adhaerentes, apti potissimum sunt, ad claudendam et dilatandam extremam narium partem; quae pars si crassa deprehenditur, carnositatem et mollitiem indicat, et molles neruos musculosque arguit, qui lentum efficiunt motum sanguinis, humorum, et totius corporis, et inde pigritia oritur.

91. Ἐπὶ τοὺς βοῦς) Boues sunt signum laboris, vnde in inscriptionibus, BOS ARATOR. Quomodo vero pigritiem adumbrare potest? Procul dubio propter tarditatem gressuum.

92. Οἱ δὲ τὴν ῥ.) Follin. prop. 54. p. 74. *Qui nares superiori parte densas habent, sensibus stupidi sunt.* Densitas carnis vero difficulter sensus recipiendo, obtusum efficit sensum, atque stupiditatem procreat; sues autem propter crassitiem corporis non subtilibus sensibus pollere, satis constat.

93. Ἀκρόθεν) Interpres pro ἀκρόθεν habet, *in extremitate. Sylb.* Et sic Follin. quasi ἐν ἄκρῳ siue ἐν ἀκρότητι legendum.

94. Οἱ τὴν ῥ.) Auerroes: *Qui nasum extremum acutum habent, facile irascibiles sunt.* Follin. *Qui nares habent oblongas, et in acutum desinentes, iracundi sunt.* Vterque cum Interpr. potestatem vocis δύσοργητοι bene expresserunt. Acutis autem naribus sunt plerumque macilenti homines praediti, calore ac bile abundantes, vnde iracundia.

95 (ὀξεῖαν) ἔχοντες, δύσοργητοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς κύνας. 96 Οἱ δὲ τὴν ῥῖνα περιφερῆ ἔχοντες, 97 ἄκραν μὲν, ἀμβλεῖαν δὲ, μεγαλόψυχοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς λέοντας. 98 Οἱ δὲ τὴν ῥῖνα ἄκραν λεπτὴν ἔχοντες, ὀρνιθώδεις. 99 Οἱ ἐπίγρυπνον ἀπὸ τοῦ

tum habent, difficulter iraſcibiles ſunt: referuntur ad canes Qui naſum habent rotundum, et obtuſum, magnanimi: referuntur ad boues. Qui vero naſum extremum ſubtilem habent, auiculares. Qui habent a fron-

95. Ὀξεῖαν) Incluſum ὀξεῖαν, additum eſt ex Interpr. *Qui naſum extremum acutum habent. Sylb.* Deeſt quoque in Aldina editione.

96. Οἱ δὲ τ. ῥ.) Foll. *Qui extremas nares habent rotundas pariter ac obtuſas, magnanimi.* Belle commentatur idem Follinus: *Rotunditas narium robur facultatis efformatricis demonſtrat: rotundum enim maius ſpatium continet, maioremque molem: maius autem difficilius efformatur, ad quod praeſtandum opus eſt facultate vegetiori; cum rotunditate vero, firmitas requiritur, ad robur corporis, vt ad leonem referatur.*

97. Ἄκραν) Pro ἄκραν Polemo et Adamantius infra in paraphraſi habent ἀδρὰν. Pol. I. Κεφ. ἡ. ῥινὸς τὸ ἄκρον ἀδρὸν, et Adam. II. Κεφ. ιη. ῥινὸς τὸ ἄκρον, ἀδρὸν, qua de re monuit etiam Geſner. in Leone, 646. 26. *Sylb.* ἀδρὰν, lectionem eſſe MS. commemorat Du Vallius in margine. Heſych. interpretatur, *multus, craſſus, magnus, abundans.*

98. Οἱ δὲ τὴν ῥ.) Follin. *Qui extremas narium habent praetenues, auium naturam participant.* Natura autem eas loquaces reddidit, quae tenuitati debetur, et carnis priuationi, vnde minores aues loquaciores maioribus. Vide Ariſtot. in hiſt. anim. L. IV. c. 9. πολύφωνα δ' ἐστὶ, καὶ λαλίστερα, τὰ ἐλάττω τῶν μεγάλων. *Garrulae, loquacioreſque ſunt auium minores.*

99. Οἱ ἐπίγρυπνον) Forte rectius ἐπὶ γρυπὸν, diuiſe. *Sylb.* Et ſic Aldus dat. Follin: *Qui naſum habent ad-*

τοῦ μετώπου εὐθὺς ἀγομένην, [100] ἀναιδεῖς· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς κόρακας. [101] Οἱ δὲ γρυπὴν ἔχοντες, καὶ τοῦ μετώπου διηρθρωμένην, [102] μεγαλόψυχοι·

te mox curuum, inuerecundi sunt: referuntur ad ceruos. Quicumque autem aquilinum habent, articulatum a fronte, magnanimi:

vncum prope frontem, impudentes sunt. Qui, vt videtur, ἐπίγρυπον legit, quae lectio vera. Duplicem nasi aduncitatem esse experientia docet, nam illa est vel a fronte parum remota, vel prope frontem, ita vt aduncitatem inter et frontem adsit cauitas aliqua, et haec posterior huius loci est. Certum est eiusmodi nasum ab ossium nasi parte suprema extuberante et elata, et humoris crassioris influxu fieri. Alia praeterea est nasi aduncitas, proueniens ex contemtu et subsannatione, qua contrahimus sursum nares et nasum, qui ad latera dilatatur corrugaturque.

100. Ἀναιδεῖς) *Impudentes.* Homines hoc vitio imbuti neminem solent reuereri, igitur procaciter, petulanter ac turpiter agunt, sibique omnia licere existimant. Ergo impudentia ex imaginatione peruersa oritur, quae ex spirituum in cerebro existentium copia et crassitie fit, qui humores, si in conformatione iam adsunt, nasum distorquere et aduncum reddere possunt.

101. Οἱ δὲ γρυπὴν ἐ.) *Qui autem aquilinum habent.* Forma ab aquilarum rostris sumta est, quae curua sunt, atque senescentibus illis magis incuruantur, v. Arist. in hist. anim. L. IX. c. 32. γηράσκουσι δὲ τοῖς ἀετοῖς τὸ ῥύγχος αὐξάνεται τὸ ἄνω, γαμψούμενον αἰεὶ μᾶλλον, καὶ τέλος λιμῷ ἀποθνήσκουσι. *Senescentibus aquilis rostrum superius accrescit, incuruaturque subinde magis magisque, vt demum fame intereant.*

102. Μεγαλόψυχοι) *Magnanimi.* Animi magnitudo ex spirituum copia, atque calore naturali, naturae beneficio procreatur. At vnum fere eumdemque nasum impudenti et magnanimo tribuit, qui tamen

χοι ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ἀετούς. 103 Οἱ δὲ τὴν ῥῖνα 104 ἔγκοιλον ἔχοντες, τὰ πρὸ τοῦ μετώπου περι-

referuntur ad aquilam. Quicumque nasum concauum habent, et frontem rotundam, et

non conueniunt inter se, vnde quomodo conciliatio instituenda? Audiamus Föll. prop. 58. p. 78. *Magnanimi ergo ab impudentibus dissimiles sunt, eo quod magnanimitas virtus sit, quippe excelsi atque inuicti animi magnitudo, ad res magnas gerendas; inuerecundia vero vitium verecundiae honestae oppositum. Ioh. Bapt. a Porta ex aquilae innatis moribus per similitudinem conformationis reddit rationem propositae quaestionis suo more; nos ex principiis naturalibus hominis, eo pacto efformati, ducendam existimamus, quum ex illis propensiones et inclinationes ortum ducant, quod certe hac in re perarduum judicamus, praesertim quum a similibus causis non soleant nasci effectus dissimiles. Magnanimitas vero, licet ab inverecundia sit maxime differens, tamen inuerecundus habet aliquid simile magnanimo, quod vt magnanimus se dignum magnis honoribus propter virtutem putat: ita inverecundus nullo se posse dedecore affici autumat, quare se honore dignum putat. Verum quaenam causa erit differentiae opinionis verae et falsae in mente, quum eadem sit fere conformatio, differens tantum partis loco: cur ergo elatio in principio nasi orta erit causa falsae opinionis, et inuerecundiae, in medio vero naso, cum cauitate in principio, verae opinionis honestae et magnanimitatis. Virtutes sunt habitus: tamen ex Arist. L. II. c. 7. magnorum moralium, principium ad virtutem magis videtur affectio probe affecta, quam ratio.* Erunt ergo *magnanimus et inuerecundus in affectione naturali differentes, vt vnus naturaliter feratur ad honestatem, alter ad dedecora et inhonesta. An nulli magnanimi naturae instinctu, sed omnes inuerecundi et elati, fierique progressu aetatis, vt dignoscendo honesta et verecunda, fiant magnanimi, nemoque sit magnanimus, quam prius fuerit impudens, quod ista quae vulgus censet honesta, ille contemnat ad maiora tendens? An propositiones hae*

περιφερῆ, τὴν δὲ περιφέρειαν ἄνω ἀνεστηκῆαν, λάγνοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ἀλεκτρυόνας. 105 Οἱ δὲ σιμὴν ἔχον-

rursum eminens rotundum, luxuriosi: referuntur ad gallos. Qui vero simum, luxu-

sola experientia probandae, ob similitudinem ab animalium conformatione desumtam? His non obstantibus adunci nasis magnanimi sunt, et vulgo ex Caesarum genere orti feruntur, atque apud quasdam gentes magnum illis decus tributum. Alex. ab Alex. genial. dier. L. II. c. 19. refert: *Nasum quoque morum facere indicium multi arbitrantur. Ideo Persae adunco naso, quos grypos vocant, praecipue honorant, quod talem fuisse Cyrum crederent.*

103. Οἱ δὲ τ.) Dissentit Auerroes ab Intp. paululum, reddendo: *Qui autem nasum concauum habent, et quae ante frontem rotunda, circumferentiam autem superiorem erectam, luxuriosi.* Follin. prop. 59. p. 80. *Qui nares concauas habent, et ex frontis regione rotundas: si modo talis circumferentia superiora respiciat, lasciui.*

104. Ἔγκοιλον) *Concauum.* Non naturalis cauitas nasi vsque ad ossa ethmoidea intelligitur, quippe quae in omnes cadit homines, sed praeternaturalis, quae maiori caloris quantitate est dilatata: Caliditas vero ardentes incendit in pectore flammas, libidinososque reddit homunculos.

105. Οἱ δὲ σιμὴν ἔχοντες) *Qui vero simum habent.* Hoc vitium nasi in partis superioris narium compressione cernitur, quae vocatur ἔκλειψις τῆς ῥινός, *diminutio nasi*, et fit partim in pueris recens natis, in quibus ossa teneriora deprimuntur facile, quare ab obstetricibus nasi partes laterales pollice et indice apprehenduntur, et comprimuntur, ne simitas maneat, sunt enim Arist. Probl. S. XXXIV. 10 τὰ παιδία πάντα σιμά: partim quibus superiores primores dentes discedunt, v. Hipp. Ep. VI. S. I. p. 256. Ὅσοις ὀστέον ἀπὸ ὑπερώης ἀπῆλθε, τουτέοισι μέση ἵζει ῥίς. Οἷσιν δὲ ὅθεν οἱ ὀδόντες ἄκρη σιμοῦνται. *Quibus ex palato os discessit, iis mediis desidit nasus. Quibusdam vero qua ex parte den-*

ἔχοντες, λάγνοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς [106] ἐλάφους. Οἷς δὲ οἱ [107] μυκτῆρες ἀναπεπταμένοι, θυμώδεις·

riosi: referuntur ad ceruos. Quibuscumque nares sunt apertae, iracundi: refe.

tes procedunt, summus nasus simus efficitur. Itaque duplex differentia σιμότητος est, vna quae in medio nasi contingit, de qua Iul. Pollux, c. 4. ἐπὶ δὲ τοῦ σιμοῦ φαίης ἂν ὡς ἐστιν ἡ ῥὶς ἐκ μέσων κοίλη, Autor Medici c. de externi nasi affectionibus, insanabilem hunc pronuntiat morbum ἀλλὰ κἂν ἐξ ὑπερῴας μέση ἵζει ἡ ῥὶς, ὥς φησι, σιμοῦται, ἀθεράπευτος, *Verum si ex palato medius desidit nasus, vt inquit, simus euadit, et insanabilis est;* altera, si summus nasus simus et latus fit, tunc ea pars, ad quam inciforum dentium pertingunt extrema, subsidit et deprimitur, interdum etiam excidunt dentes primores. Quomodo nasi simosis fiat docet Arist. l. 1. et ex crassitudine demonstrat: ἡ δὲ παχύτης μετὰ σκληρότητος· σκληρὸν δ' ὂν τὸ αἷμα, θερμόν· ἡ δὲ θερμότης, οὐ ποιεῖ περίττωσιν· τὸ δὲ ὀστοῦν, ἐκ περιττώματος· ὁ δὲ χόνδρος, ὀστοῦν· εὐλόγως ἂν ἔκλειψιν εἴη τοῦ μορίου. *Crassitudo non sine duritia constat, et durus sanguis calidior est, et calor materiam excrescere inutilem minus patitur, et os ex vacante materia consistit, et cartilago non nisi os est, merito diminutio nasi consequitur.* Quae quum ita sint, vtique crassities materiae dilatationem impedit, quia autem illa crassitudo in pueris mollis est, simosis potest tolli, non aeque in adultis, nam sanguis est crassus, et partes ex eo efformatae praedurae. Illa autem densitas ac durities fit ex calore, qui simul stimulat totum corpus ad libidinem.

106 Ἐλάφους) *Ceruos.* Cum ceruis fit comparatio propter libidinem v. Arist. in hist anim. L. VI. c. 29. ταῦτα δὲ ποιεῖ τὸ ζῶον, διὰ τὸ φύσει λάγνον εἶναι, καὶ διὰ τὴν παχύτητα. *Haec ideo ceruo accidunt, quia salax animal suapte natura est, atque etiam quia pingui abundat.* Conciliari autem cum nostro potest Alex. ab Alex. genial. dier. L. II. c. 19. qui dicit: *simos vero mites facere, et gratiosos.* Si enim simi libidinosi sunt, vere

μώδεις· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ πάθος, τὸ ἐν τῷ θυμῷ γινόμενον.

108 Οἱ τὸ 109 πρόσωπον σαρκῶδες ἔχοντες, ῥάθυμοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς βοῦς. 110 Οἱ τὰ πρόσωπα

runtur ad passionem, quae fit in ira.

Quicumque faciem carnosam habent, rathymi, id est, facile concupiscibiles sunt: referuntur ad boues. Qui faciem maci-

etiam mitibus ac gratiosis moribus ad libidinem allicere ac incitare student. *Fistula dulce canit, volucres dum decipit auceps.*

107. Μυκτῆρες) Hoc nomine insigniuntur cauitates nasi ab vtroque interfepti latere, per quas spiritum trahimus, atque odores percipimus; Ephes. Ruf. in Nomencl. L. I. c. 4. μυξωτῆρας appellat. Follin. prop. 61. p. 83. transfert: *Qui narium foramina habent expansa, iracundi, ad illum refertur affectum, qui cum animi impetu nascitur.* Nares apertae exaestuantia praecordia produnt, quo enim calidius est cor, eo maior respiratio, quo maior respiratio, eo maiora et ampliora organa respirationis esse debent. Calidum autem cor quum commouet iras, patulas requirit nares. Belle Virgil. Georg. III. v. 85. *Collectumque premens voluit sub naribus ignem,* qui ruborum oti conciliat, et Seneca de ira, L. I. c. 1. *multus ore toto rubor exaestuante ab imis praecordiis sanguine.* Plura nasus suppeditat signa, v. c. irrisionis, de qua Alex. ab Alex. l. l. *In eodem naso irrisionis sedes est, quare nasuti et habere nasum irrisores dicti,* et morborum quoque de quibus Quellmalz. in diss. laudata §. 8. *de naso, vt signo.*

108. Οἱ τὸ πρ.) Auerroes ad marg. *De Facie.*

109. Πρόσωπον σαρκῶδες etc.) Nimia videlicet carnis moles in facie conspicua, calorem et spiritus retardat, efficitque, vt omnes functiones lento procedant gradu, hinc eiusmodi homines sunt ῥάθυμοι, sec. Auerr. *Segnes,* Sec. Foll. *tardi.* De ipsa voce supra egimus p. 118. n. 90.

110. Οἱ τὰ πρόσ.) Auerr. *Qui faciem macilentam ha-*

σωπα ἰσχνὰ ἔχοντες, ἐπιμελεῖς· οἱ δὲ σαρκώδη, [111] δειλοί· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὄνους, καὶ τοὺς ἐλάφους. [112] Οἱ μικρὰ τὰ πρόσωπα ἔχοντες, μικρόψυχοι· ἀναφέρεται ἐπὶ [113] αἴλουρον καὶ πίθηκον.

lentam habent, folliciti. Qui autem carnofam, timidi: referuntur ad facies afino et ceruo fimiles. Qui valde paruam habent, pufillanimi: referuntur ad catum et ad fimiam.

bent, accurati. Foll. *Qui facie funt macilenti, agiles funt et diligentes.* Egregie Follin. nam ἐπιμελής vtramque fignificationem admittit. Macies autem naturalis ex ficcitate caloris oritur, et agiles reddit homines, quum non inutili grauentur carnis pondere. Ipfi fpiritus quoque funt agiliores, vnde diligentia venit. Sed cafu fortuito illa macies indicat timiditatem, inuidiam, aufteritatem, triftitiam, feueritatem, morofitatem, quia vel ficcitas vel frigiditas nimia eft, quae aegram efficit concoctionem, proindeque haud bonam nutritionem. Itaque non mirandum, fi quidam ftudiis dediti macilenta facie et moribus aufteris, triftibufque effe deprehendantur.

111. Δειλοί) *Timidi*, ob eamdem rationem fupra n. 106. prolatam.

112. Οἱ μικρὰ τ. π.) Pro τὰ πρόσωπα Leonic. et Ifing. habent νῶτα. Interpres legit λίαν, ἄγαν, σφόδρα, *qui valde paruam habent.* Sylb. Cum interprete communem facit caufam Auerroes. At Follin. preffe fequitur verba: *Qui faciem habent exiguam, pufillanimes.* Lectionem νῶτα ex MS. effe Du Vallius in margine annotauit. Paruitas autem faciei cerebrum minus iufto arguit, et calorem cordis minus refractum, atque adeo cerebrum ipfum magis excalefactum et exficcatum. Ex qua difpofitione praeceps iudicium, animi inconftantia, timiditafque prouenit.

113. Αἰλουρον) *Catum.* De hac voce Euagr. L. VI. c. 24. αἴλουρος κάτταν ἡ συνήθεια λέγει, *confueto more pro fele cattam dicimus*, cf. Gerh. Ioh. Vofs. de Idol. L. III. c. 74.

κον. Οἷς τὰ πρόσωπα μεγάλα, [114] νωθροί· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὄνους καὶ βοῦς. Ἐπεὶ δὲ οὔτε μικρὸν οὔτε μέγα δεῖ εἶναι, ἡ [115] μέση ἕξις εἴη ἂν τούτων ἐπιεικής. [116] Οἷς δὲ τὸ πρόσωπον φαίνεται μικροπρεπές, [117] ἀνελεύθεροι· ἀναφέρεται ἐπὶ τὴν ἐπιπρέπειαν.

[118] Οἷς τὸ ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν οἷον κύστιδες προ-

Quibus facies magna, tardi: referuntur ad asinos, et ad boues. Qui vero neque parvam, neque magnam, oportet esse medios: habitus vtique horum medius erit conueniens. Quibus autem facies videtur paruifica, illiberales sunt: referuntur ad apparentiam.

Qubus autem ab oculis tanquam vesiculae

114. Νωθροὶ) *Tardi, pigri.* Tarditas illa et in gressibus et in omnibus actionibus conspicitur, et vtraque νωθρότης nuncupatur. Causa autem tarditatis est, phlegmatis copia et nimia materiae quantitas.

115. Μέση ἕξις) *Medius habitus*, id est, facies quae medium locum occupat, mediocris. Aristotelis placitis haec loquendi ratio accommodatissima est.

116. Οἷς δὲ τὸ π.) Auerr. *Quibus autem facies videtur parum decens, illiberales sunt, referuntur ad apparentem conuenientiam.* Quae interpretatio vulgatae praeferenda, nam quid *paruifica* sit, non facile quis intelligit. Mihi videtur sic optime τὸ πρόσωπον μικροπρεπὲς verti posse: *facies quae sordidum et squalidum hominem designat, deformem*, variis v. c. coloribus tincta, cui inest δυσαρεστεία.

117. Ἀνελεύθεροι) *Illiberales*, concluditur videlicet ab externa forma ad interiorem animi conditionem.

118. Οἷς τὸ) Malim οἷς δὲ ἀπὸ τ. *Sylb.* Sic et Auerr. et Interpr. legisse videntur. Auerroes in margine habet: *De Oculis.* Follin. satis accommodate, prop. 51. p. 72. *Quibus palpebrae*

προκρέμανται, οἰνόφλυγες· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ πάθος. [119] Ἐπὶ γὰρ τοῖς σφόδρα ἐμπεπτωκόσι τὰ πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν οἷον κύστιδες ἐφεστήκασι, φίλυπνοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ πάθος. [120] Ἐπεὶ τοῖς ἐξ ὕπνου ἀνεστηκόσιν ἐπικρέμανται τὰ ἐπὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς. [121] Οἱ τοὺς ὀφθαλμοὺς μικροὺς ἔχοντες,

dependent, amatores vini sunt: referuntur ad passionem. Quibus vehementer cadunt, quae ante oculos apparent, vt vesiculae, amatores somni, referuntur ad passionem, item ex somno surgentibus dependent, quae sunt in oculis. Quicumque oculos paruos ha-

tamquam vesicae appenduntur, temulenti: ad ebrietatem refertur. Ex natura βλεφάρων hoc satis patet, quae sunt membranae ex musculis fere membranaceis constantes, quae natura sua siccae sunt, et difficulter extendi dilatarique possunt. Itaque humore impleri atque inflari debent, vt vesicam forment. Cui rei vini potio potissimum inseruit, qua humorum potissimum copia versus superiora cogitur, atque annexas partes perquam facile occupat.

119. Ἐπὶ γὰρ etc.) Leon. et Camot. ἔτι γάρ. Fortasse legend. ἔτι δ' ὅσοις ἐμπεπτ. Sic certe Interpr. *quibus vehementer cadunt, quae ante oculos apparent vt vesiculae* Sylb. Consentit cum Intp. Auerroes. Follin. autem prop 52. p. 73. *Quibus ea, quae in circuitu oculorum sunt, admodum concidentia videntur, et vt vesiculae, somnolenti, et referuntur ad ipsum soporem.* Diffluentes nimirum humore soporosi sunt, et abundantia humoris inducit soporem, et affectus molles, animumque luxuriantem indicat.

120. Ἐπεὶ τοῖς ἐξ ὑ.) *Item ex somno surgentibus dependent*, etc. Dependentia illa quoque humidam corporis temperiem designat.

121. Οἱ τοὺς ὀφθ.) *Qui oculos exiguos habent.* Ex natura oculi hoc colligendum, quae secundum Aristot. de gen. anim. L. II. c. 6. in frigiditate et humi-

τες, μικρόψυχοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τὴν ἐπιπρέπειαν, καὶ ἐπὶ πίθηκον. [122] Οἱ δὲ μεγαλόφθαλμοι, νωθροί· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς βοῦς. [123] Τὸν ἄρα εὖ φύντα, δεῖ μήτε μικροὺς, μήτε μεγάλους ἔχειν τοὺς

bent, pusillanimi: referuntur ad apparentiam, et simiam. Quicumque vero habent oculos magnos (tardi) referuntur ad boues. Igitur bene natum oportet neque magnos,

ditate consistit. Τὸ, τε ὄμμα ψυχρὸν καὶ ὑγρὸν, et inde magnitudo et paruitas, διὰ δὲ τὸ ὑγρὸν τι ἐν τοῖς ὄμμασιν οἱ ὀφθαλμοὶ μεγάλοι φαίνονται, *oculi grandes propter humorem in ipsis contentum apparent.* Itaque paruitas oculorum ex humoris penuria proficiscitur. Porta scribit: *Oculos exiguos habentes esse callidos ac vafros,* quod animalia paruis oculis praedita, vt vulpes et torpedo, et alia, sint astuta et vafra. Conciliandus autem sic est, astutia numquam apud magnanima reperitur, sed apud animalia debilibus praedita viribus, quae, quod viribus efficere nequeunt, astu consequi student. Quicumque vero non est magnanimus, quicumque se viribus destitui sentit, pusillo est animo.

122. Οἱ δὲ μεγαλόφθαλμοι) Follin. *Qui oculos ingentes habent, pigri.* Vox νωθροὶ neque apud Auerroem, neque apud Interpr. legitur, neque vulgg. editt. habent. Ergo procul dubio incuria operarum, et editorum negligentia excidit. Magnitudo vero ex humoris abundantia progreditur, quae facultati robustae et mouenti aduersa est. Nam corpora magna difficulter mouentur, et ex difficili motu tarditas oritur.

123. Τὸν ἄρα εὖ φύντα etc.) Auerroes, *Igitur bene formatum,* Interpr. *bene natum.* Follin. *Qui vero felicissima fruitur corporis habitudine, oportet vt nec impense magnos, nec paruos sortiatur oculos.* Vide Aristot. in hist. animal. L. I. c. 10. τῶν δὲ ὀφθαλμῶν, οἱ μὲν μεγάλοι· οἱ δὲ μικροί· οἱ δὲ μέσοι· βέλτιστοι. *Sunt oculorum, alii magni, alii parui, alii modici, qui optimi habentur,* et paulo post τὸ δὲ μέσον, ἤθους βελτίστου σημεῖον. *Modicus tamen*

τοὺς ὀφθαλμούς. [124] *Οἱ δὲ κοίλους ἔχοντες, κακοῦργοι· ἀναφέρεται ἐπὶ πίθηκον.* [125] *Ὅσοι ἐξόφθαλμοι,*

neque paruos habere oculos. Qui vero concauos habent, malefici: reducuntur ad simiam. Quicumque habent oculos emi-

situs nota est optimorum morum. Iustam enim ac moderatam indicat temperiem.

124. *Οἱ δὲ κοίλους*) *Qui vero concauos habent, malefici.* *Τὰ κοῖλα*, *sunt caua oculorum*, Ephes. Ruf. in Nomencl. L. I. c. 4. orbes illos, qui oculis circumsunt, sic distinxit: *τὸ δὲ ἄνω βλεφάρου τὸ ἐπιπολῆς κοῖλον, τὸ δὲ ἀναλογοῦν τούτῳ τὸ κάτω ὑπόκοιλον*, *Quidquid superiori palpebrae est superficiei, cauum, quod autem huic respondet infra, subcauum.* Cauorum istorum subsidentium profunditas; deficientis roboris vitalis indicium certissimum est, atque mutationes corporis, et animi dispositio tuto ex ea colligitur. Infirmitatem quum notat, maleficam mentis compositionem, qua variis illicitisque artibus exsequimur, quae per vires non possumus, quoque designabit. Opponitur huic conditioni oculi caui tumor apud eumdem Ruf. Eph. l. c. *ὃ δὴ ἀνοιδίσκει ἐν δὲ ὑδέροις καὶ ἄλλως πονηρᾶς γενομένης τῆς ἕξεως; ἐπὶ δὲ χρονίοις αἱμοῤῥοΐσι καὶ ἐπὶ γυναικὸς χρονίῳ ἰχῶρι*, *illud cauum etiam intumescit et in hydropisi, et aliter male euenientibus constitutionibus; hinc in diuturnis haemorrhoidibus, et longo feminarum fluxu.*

125. *Ὅσοι ἐξόφθαλμοι* etc.) Follin. prop. 46. p. 68. *Quicumque sunt oculis prominentibus, stupidi, ad decentem venustatem asinosque referuntur.* Stupiditas proprie cognitionis defectum et tarditatem innuit, atque ibi reperitur, vbi propter materiae copiam, animi facultates debilitantur, siquidem vnius facultatis vehemens contentio in operando alias facultates obtundit. Nerui potissimum in consensum veniunt, quibus sensus percipimus, nam secundum Aristot. in hist. animal. L. III. c. 5. *οὐ λαμβάνει δὲ οὐδὲν νάρκη, ὅπου μὴ νεῦρόν ἐστι τοῦ σώματος*, *Pars corporis nulla stupore tentatur, quae neruo caret.* Itaque si corpus neruorum ope stuporem sentit, id in animo

θαλμοι, ἀβέλτεροι· ἀναφέρεται ἐπὶ τὴν ἐπιπρέπειάν τε καὶ ὄνους. Ἐπεὶ δὲ οὔτε ἐξόφθαλμον, οὔτε κοιλόφθαλμον δεῖ εἶναι, [126] ἡ μέση ἕξις ἂν κρατοίη. [127] Ὅσοις ὀφθαλμοὶ μικρὸν ἐγκοιλότεροι, μεγαλόψυχοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς λέοντας. [128] Οἷς δ' ἐπὶ πλεῖον, πρᾳεῖς. ἀναφέρεται [129] ἐπὶ τοὺς βοῦς.

[130] Οἱ

nentes, fatui: referuntur ad apparentiam, et asinos. Quoniam autem neque eminentium oculorum, neque concauorum oportet esse, medius vtique habitus praestabit. Quibuscumque autem oculi sunt parum concaui, magnanimi: referuntur ad leones. Quibus vero plus mansueti: referuntur ad boues.

I 2

quoque contingat necesse est. Vbi autem obtusio neruorum, ibi facultatum animi debilitas.

126. Ἡ μέση ἕξις) *Medius habitus* etc. Haec verba illustrantur ex iis quae diximus n. 123. Concauitas enim maleficentiam, intumescentia morbos, prominentia stupiditatem ostendit.

127. Ὅσοι ὀφθαλμοὶ etc.) Follin. *Quibus oculi sunt parum depressi, m.* Mallem tamen cum Auerroe et Interpr. *parum concaui*, quia hoc proprium est verbum, et τῷ ἐγκοίλῳ respondet. v. Viri Ill. et Exp. Trilleri Emend. in Celsum, p. 753. ed. Viri Excell. Krausii. Tales oculi videndi acie propter spiritus vnitos et collectos instructi sunt, et fiunt a siccitate, quae animosos reddit homines.

128. Οἷς δὲ ἐπὶ) Follin. *Quibus magis depressi.* Sed retinenda vulgata. Itaque *magis concaui oculi* vi oppositi temperiem caloris, quae mansuetudinem parit, indicant.

129. Ἐπὶ τοὺς) Artic. τοὺς deest apud Aldum.

[130] Οἱ τὸ μέτωπον μικρὸν ἔχοντες, ἀμαθεῖς· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὗς. [131] Οἱ δὲ μέγα ἄγαν ἔχοντες, νωθροί· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς βοῦς. [132] Οἱ δὲ περιφερὲς ἔχοντες, ἀναισθητοί· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς

Quicumque frontem paruam habent, indifciplinabiles: referuntur ad fues. Qui autem magnam valde, tardi: referuntur ad boues. Qui rotundam habent, infenfati: re-

130. Οἱ τὸ μέτωπον) Auerr. ad marginem habet: *De fronte.* Foll. pr. 30. p. 54. *Qui frontem habent exiguam, imperiti.* Parua autem frons videtur exiguam cerebri continere fubftantiam, exiguosque fpiritus animales, quum vero defectus fpirituum et defectum rationis arguit, coniectu facile eft, imperitos atque inertes fore tales homines. Accedit hoc, in parua fronte ob tegumentum capillorum, fanguinem calidiorem magis agitari, Ariftot. autore de part. anim. L. II. c. 10. Ἐκκόπτει γὰρ ἡ τῆς ἐν τῷ αἵματι θερμότητος κίνησις τὴν αἰσθητικὴν ἐνεργείαν. *Sanguinis enim calidioris agitatio officium fentiendi intercipit ac refringit*, quo facto tranfpiratio magis intercipitur, quae tamen fentiendi facultati inferuit. Igitur fenfus debiliores et iudicandi facultas hebes fiunt. En natales imperitiae!

131. Οἱ δὲ μ.) Foll. pr. 31. p. 56. *Qui autem habent impenfe vaftam, torpidi, referuntur ad boues, vaccas.* Haud dubie art. τοὺς in exempl. Foll. defuit. Vaftum cerebrum et vafta frons nimium difperfos continet fpiritus, et plus iufto ii perfrigerantur. Hinc tarditas ad cognofcendum et iudicandum, aeque ac fegnities.

132. Οἱ δὲ περιφ.) *Qui frontem rotundam* etc. Equidem mallem vertere *gibbofam, altam et rotundam*, nam anterior frontis pars cum temporibus non efficit orbem, neque ab oculis ad capillos eft exacta rotunditas. Stupiditatem autem talem frontem indicare, ex fimilitudine cum fronte afini colligitur.

τοὺς ὄνους. [133] Οἱ μικρότερον ἐπίπεδον ἔχοντες, ἀναίσθητοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς κύνας. [134] Οἱ δὲ

feruntur ad aſinos. Qui autem minus planam habent, ſagaces: referuntur ad canes.

I 3

133. Οἱ μικρότερον ἐπίπεδον ἔ.) Laborare mihi hic locus videtur, cuius prius hemiſtichium minus recte ab Auerroe et Interpr. eſt expreſſum, et poſterius deprauatum. Equidem verto: *qui ſuperficiem frontis habent minorem, ſunt ſagaces.* Minorem autem intelligit ratione rotunditatis, quam ſi appellare vis *planam*, non refragabor; hac tamen conditione, vt ad conuexitatem planities verſus tempora et os caluariae vergat. Igitur eiuſmodi frons capillos verſus non adeo inſignes efficit angulos, qui iudicii et ſagacitatis indices ſunt. Quum enim hac in parte caluariae os tenuius eſt, quam frontis, et illud ibi quum eſt detectum, magis patent ſpiritus anteriores perfrigerationi, ſincerioreſque idcirco redduntur, atque ſincerius iudicium efficiunt. Ergo ſagacitas vtique de talibus dici poteſt, quae canibus propria eſt ex Sen. ep. 76. *In cane ſagacitas prima eſt, ſi inueſtigare debet feras.* Deprauationem poſterioris hemiſtichii vidimus in voce ἀναίσθητοί. Sylburgius teſtatur Leon. legere αἰσθητικοί: quod epitheton ad praecedentia quidem videtur congruere; ſed ad ſequentia non item. Hiſt. animal. L. I. 8. paulo aliter frontis ſigna explicantur. Hucuſque Sylb. Auerroes et Interpr. αἰσθητικοί habent; et ſane librarii aut operae, vt et in ſqq. αἰσθητικοί et ἀναίσθητοί inter ſe permutarunt. Obſtat tamen locus Ariſtotelis, ſiue potius repugnare tantum videtur, L. I. c. 8. καὶ οἷς μὲν πλατύ, ἐκστατικοί, *quibus lata frons, mente moueri idonei.* Mihi ſic videtur hic locus cum noſtro conciliandus, latam frontem a plana eſſe diuerſam, ergo non poteſt huc trahi. Interim fingamus vtrumque locum ratione formae frontis conuenire, tamen aderit repugnantia propter reliqua verba, quae duplicem ſenſum admittunt. Hoc ſiquidem poſſunt modo verti: *quibus lata frons*

δὲ τετράγωνον σύμμετρον τῷ μετώπῳ ἔχοντες, μεγαλόψυχοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς λέοντας. [135] Οἱ δὲ συννεφὲς ἔχοντες, ([136] αὐθάδεις· ἀναφέρεται ἐπὶ ταῦρον,

Quicumque quadratam et moderatam frontem habent, magnanimi: referuntur ad leones. Quicumque autem collectam habent, adu-

proni sunt ad iracundiam, quam propensionem non solum vox ἐκστατικοὶ exprimit, sed eam canibus quoque peculiarem esse experientia docet: vel sic reddenda sunt, cum Alex. ab Alex. genial. dier. L. II. c. 19. *frons lata*, *mente flexibiles designauit*, vel *f. l. furiosos*, *ad maniam pronos*, siue *maniacos* notat, et quis ignorat canes rabie infestari? Sagacitas autem nimia, iudiciique perpetua contentio aeque ac iracundia maniam producere valent. Itaque si hac ratione dissensus non tollitur, tunc coniectura forte restituendus locus, et pro αἰσθητικοὶ, ἐκστατικοὶ reponendum.

134. Οἱ δὲ τετράγ.) Auerr. *Qui vero quadrangulum commensuratum fronti habent, magnanimi.* Follin. *Qui frontem habent ad amussim quadratam.* Plurimum quidem quadrata frons continet cerebri, proindeque copiam spirituum, quae non solum distinctam cognitionem gignit, sed et magnitudinem animi, generositatemque parit, atque praestantis ingenii ac iudicii, prudentiaeque in rebus agendis est indicium.

135. Οἱ δὲ συννεφές) Aldus dat συνεφὲς vitiose. Et Auerroes et Interpres: *Qui autem collectam habent.* Non satis accurate.

136. Αὐθάδεις etc.) Haec verba inclusa, ex Camotio addita, agnoscit etiam Interpres: sed cum confusione nescio qua. Videtur ergo συννεφὲς hic dici *corrugatum*, rugis ceu nubibus obductum: ἀτενὲς vero *exporrectum*, seu γαληνὸν *serenum* vt in sqq. Gesn. quoque in Cane sic legit, 185, 40. et lectionem istam postulant etiam sequent. ὅτι οἱ κύνες ἐπειδὰν θωπεύωσι, γαληνὲς τὸ μέτωπον ἔχουσιν. *Sylb.* Inclusa quoque desunt apud Aldum, sed Du Vallius et vulgg. habent. Talis frons *cogitabundum*, *morosum* ac

ταῦρον, καὶ λέοντα. Οἱ δ' ἀτενὲς ἔχοντες,) κολάκες· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ γιγνόμενον πάθος. Ἴδοι δ' ἄν τις ἐπὶ τῶν κυνῶν, ὅτι οἱ κύνες ἐπειδὰν θωπεύωσι, [137] γαληνὲς τὸ μέτωπον ἔχουσιν. Ἐπειδὴ οὖν ἥτε συννεφὴς ἕξις αὐθάδειαν ἐμφαίνει, ἥτε γαλήνη κολακίαν, ἡ μέση ἂν τούτων ἕξις εὐαρμόςως ἔχοι. Οἱ σκυθρωπὰ μέτωπα ἔχοντες, [138] δυσάνιοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ πάθος, ὅτι οἱ ἀνιώμενοι, σκυθρωποί εἰσιν. Οἱ δὲ [139] κατηφεῖς, ὀδύρεται· ἀνα-

latores, referuntur ad passionem, quae fit. Id in canibus videbit quispiam, qui quum blandiuntur, contractam habent frontem. Quicumque autem nebulosam, audaces: referuntur ad taurum et leonem. Quando autem nebulosus habitus, audaciam significat: tranquillitas autem, adulationem: medius habitus vtique horum bene decenter se habet. Quicumque tristem habent frontem, moesti: referuntur ad passionem, quoniam moesti tristem habent faciem. Qui vero demissam, la-

seuerum notat, ipsa forma ex contractione musculorum frontis oritur, quae a siccitate humorumque crassitie fit. Sed frons morosa est senibus etiam propria, v. Virg. Aen. VII. v. 415 sqq. — *In voltus sese transformat aniles. Et frontem obscenam rugis arat.*

137. Γαληνὲς) Nota γαληνὲς, et mox seq. voc. γαλήνη. Interpr. videtur legisse ἀτενὲς, vt supra, vertit enim, *qui cum blandiuntur, contractam,* (potius *exporrectam, explicatam*) *habent frontem. Sylb.* Et sic Auerroes quoque.

138 Δυσάνιοι) *Moesti.* Hic affectus marcescere corpora facit, atque siccitate contrahit cutem. Vide quae diximus p. 13. n. 32.

139. Κατηφεῖς) *Demissam.* Simile quid est apud Virgil.

ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ πάθος, ὅτι οἱ ὀδυρόμενοι κατηφεῖς.

140 Οἱ τὴν κεφαλὴν μεγάλην ἔχοντες, ἀναίσθητοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὄνους. Οἱ δὲ μικρὰν, αἰσθητικοί· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς κύνας. 141 Οἱ τὰς

mentabundi ſunt: referuntur ad paſſiones, quia lugentes demiſſae ſunt frontis.

Quicumque autem magnum habent caput, ſenſati: referuntur ad canes. Qui vero paruum, inſenſati: referuntur ad aſinos. Qui

Aen. IV. v. 4. ſq. — *haerent infixi pectore vultus, Verbaque: nec placidam membris dat cura quietem.*

140. Οἱ τὴν κεφ.) Leon. et Ilingr. contrario modo: οἱ τὴν κεφαλὴν μεγάλην ἔχοντες, αἰσθητικοί· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς κύνας. Οἱ δὲ μικρὰν, ἀναίσθητοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὄνους. Itidemque Interpres: *Qui habent m. c. etc.* Mihi Camotii lectio viſa eſt magis conſentanea. Nec multum diſcrepant quae Polemo, I. Κεφ. β'. Κεφαλὴ μικρὰ πάνυ, ἀναίσθητον ἄνδρα κατηγορεῖ, et Adam. II. Κεφ. κβ'. Κεφαλὴ μικρὰ πάνυ, ἀναίσθητον κ. τ. λ. Sed rurſum illi alteri lectioni videtur patrocinari quod legitur in hiſt. anim. XX, 7. τὸ λοφούρων γένος τῶν μικρὰν ἔχει τὴν κεφαλὴν, e quo genere aſinum etiam eſſe docet eadem hiſtoria, XI, 16. *Sylb.* Et hanc eſſe lectionem MS. notat in margine Du Vallius. Auerroes quoque conſentit cum Interpr. et habet in margine, *De Capite.* Follin. prop. 34. p. 57. *Qui magnum caput ſortiuntur, pollent ſenſu plurimo, qui vero paruum, ſenſibus ſunt obtuſi, referuntur etc.* Magnum ſiquidem caput multum cerebri habet, in quo ineſt facultas ſentiendi vegeta, et caloris et ſpirituum abundantia. Magnum autem caput hoc loco intelligitur, quod proportionem corporis non excedit. In paruo contra capite eſt paucitas ſpirituum. Vide aliam differentiam ap. Hippocr. Epid. II. S. VI. p. 133.

141. Οἱ τὰς κ.) Follin. pr. 34. p. 57. *Et qui caput inſtar pyramidis habent faſtigiatum, impudentes haben-*

τὰς κεφαλὰς [142] Φοξοὶ, ἀναιδεῖς· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς γαμψώνυχας.

[143] Οἱ τὰ ὦτα μικρὰ ἔχοντες, πιθηκώδεις· οἱ δὲ

habent capita pineata, inuerecundi: referuntur ad habentes vngues curuos.

Quicumque aures paruas habent, simiales

tur, et referuntur ad aues curuorum vnguium. Perexigua eiusmodi capiti inesse creditur cerebri substantia, quae impudentiae esse caussa potest, nullum dedecoris metum, nec famae propriae ac honoris rationem habentis. Corui et coturnices tali capite sunt praediti. Homerus Thersitem impudentissimum eiusmodi capite instructum asserit Iliad. β. v. 216. sqq. — αἴσχιστος δὲ ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε. Φολκὸς ἔην, χωλὸς δ' ἕτερον πόδα, τὼ δέ οἱ ὤμω, κυρτὼ ἐπὶ στῆθος συνοχωκότε. Αὐτὰρ ὕπερθεν, Φοξὸς ἔην κεφαλήν, Ψεδνὴ δ' ἐπενήνοθε λάχνη. Ἔχθιστος δ' Ἀχιλῆϊ μάλιστ' ἦν ἠδ' Ὀδυσῆϊ. Τὼ γὰρ νεικείεσκε, τότ' αὖτ' Ἀγαμέμνονι δίῳ Ὀξέα κεκληγὼς λέγ' ὀνείδεα. *Turpissimus vero vir ad Ilium venit. Strabus erat, claudusque altero pede, at ei humeri Curui in pectus contracti, ceterum desuper Acuminatus erat capite. Rarus autem defloruit capillus. Infensissimus vero Achilli potissimum erat, et Vlyssi, Hos enim vituperabat, tunc rursus Agamemnoni generoso acute clamando loquebatur conuicia.* Legimus tamen Periclem acuminato fuisse capite, et fecundissimo ingenio, et summa prudentia, autoritate et eloquentia, vnde *Olympius* dictus, quod tonare in concionibus ac fulmen ciere videretur. Quod exemplum vtique a regula aberrat.

142. Φοξοὶ) Cam. λοξοὶ, vt infra apud Polem. I. Κεφ. β'. λοξότης κεφαλῆς, et Adam. II. Κεφ. κβ' λοξοὶ δὲ τὰς κεφαλὰς ἄνδρες. Interpres nobiscum vertit *pineata. Sylb.* λοξὸς autem dicitur de rebus obliquam sphaeram repraesentantibus.

143. Οἱ τὰ ὦτα) Auerr. habet in margine: *De auribus* Foll. prop. 35. p. 19. *Qui aures habent exiguas, moribus imitantur simiam;*

δὲ [144] μεγάλα ὀνώδεις. Ἴδοι δ' ἂν τις καὶ τῶν κυνῶν τοὺς ἀρίστους μέτρια ὦτα ἔχοντας.

[145] Οἱ ἄγαν [146] μέλανες, δειλοί· ἀναφέρεται ἐπὶ

τοὺς

sunt. Quicumque autem magnas, asinini. Videbit vtique aliquis et canum optimos moderatas aures habere.

Qui valde nigri, timidi: referuntur ad Ae-

qui vero procerosos, asinos. Cuius quidem haec ratio esse videtur, vt superflua materia magnas aures aeque ac vecordiam et teporem, deficiens vero paruas, atque idcirco vigilantiam laborisque studium producat. Hanc diuisionem aurium vide etiam ap. Nostr. in hist. anim. L. I. c. 11. καὶ ἢ μεγάλα, ἢ μικρὰ, ἢ μέσα· ἢ ἐπανεστηκότα σφόδρα, ἢ οὐδὲν, ἢ μέσον· τὰ δὲ μετὰ βελτίστου ἤθους σημεῖον· τὰ δὲ μεγάλα καὶ ἐπανεστηκότα, μωρολογίας καὶ ἀδολεσχίας. *Item aliae maiores, aliae minores, aliae mediocres, et aut nimium, aut parum, aut mediocriter arrectae. Notam morum optimorum habent, quae mediocres. At quae magnae arrectaeque vltra modum, stultitiae indices sunt, aut loquacitatis.*

144. Μεγάλα) Aldus vitiose, μεγάλοι.

145. Οἱ ἄγαν μ.) Auerr. hic incipit Cap. X. inscriptum: *De Passionum, Habituumque signis, a communibus quidem generibus desumtis, membris tamen particulariter applicatis.* Ad marginem habet: *De Coloribus.*

146. Μέλανες,) *Nigri.* Ille color conciliatur corpori ab humore atra bile infarcto, et apud eas reperitur nationes, quae loca concaua, herbosa ac aestuosa habitant, quaeque ventis calidis magis quam frigidis perflantur, et aquis vtuntur calidis, v. Hippocr. de aq. aere et loc. S. III. p. 77. Aethiopum autem nigredo ex pigmento est, quod reticulo Malpighiano et cuticulae interfunditur. Alia tamen est coloris natiui in nigrum conuersio, de qua Gal. ad Hipp. Epid. L. IV. aph. 46. et quae ad morbos pertinet.

τοὺς Αἰγυπτίους, καὶ Αἰθίοπας. Οἱ [147] δὲ λευκοὶ ἄγαν, δειλοί· ἀναφέρεται ἐπὶ τὰς γυναῖκας. Τὸ δὲ πρὸς ἀνδρείαν συντελοῦν χρῶμα, μέσον δεῖ τούτων εἶναι. [148] Οἱ ξανθοὶ, εὔψυχοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς λέοντας. [149] Οἱ πυῤῥοὶ ἄγαν, πανοῦργοι· ἀνα-

gyptios, et Aethiopas: valde autem albi, timidi ſunt, referuntur ad mulieres. Colorem autem, qui confert ad fortitudinem, medium horum oportet eſſe. Flaui, magni animi ſunt: referuntur ad leones. Rubei

147. Λευκοὶ) *Candidi.* Vnde oriantur docet Hipp. de nat. pueri S. III. p. 21. vide quae diximus p. 24 n. 15.

148. Οἱ ξανθοὶ) *Qui flauo ſuffunduntur colore.* Foll. egregie hunc canonem explicat; *Fuſcus quippe color,* inquit, *eiuſmodi naturalis ſiccitatis eſt indicium. Auicenna ſcripſit:* fuſcum colorem ſignificare caliditatem, in qua audacia et robur. *Fuſci ergo homines robuſti. Id probari poteſt ex populis hoc colore tinctis, qui robore corporis praeſtant, quales ſunt Arabes et Iapponenſes ſecundum hiſtoricos, qui de eorum colore naturali et magnanimo late paſſim multa commemorant.* Tales homines ἐρυθρόχολους *ſanguineos bile mixtos* appellare poſſumus.

149. Οἱ πυῤῥοὶ) Paululum recedit ab Auerroe et Interpr. Foll. prop. 28. p. 53. *Qui fuluo ſunt colore, pluſquam rationi conueniat, exſecrandi, atque exitioſi, referuntur ad vulpes.* Sed hic color in rubrum quoque vergit. Oritur enim a praedominio bilis, et participat de caliditate et ſiccitate ſpiritibus mobilitatem conciliantibus. Iam haec mobilitas reddit homines verſipelles, inconſtantes, iracundos, aſtutos et fraudulentos. Duplicem tamen ſtatuit Hipp. differentiam Epid. L. II. S. V. p. 122. Ὁκόσοι πυῤῥοὶ, ὀξύῤῥινες, ὀφθαλμοὶ σμικροὶ, πονηροί. Ὁκόσοι πυῤῥοὶ, σιμοὶ, ὀφθαλμοὶ μεγάλοι, ἐσθλοί. *Qui fuluo ſunt colore, aduncis naribus, et paruos oculos habent, ii maligni ſunt. Qui vero fului, ſimi, et grandioribus ſunt oculis, boni.*

ἀναφέρεται ἐπὶ τὰς ἀλώπεκας. [150] Οἱ δὲ ἔνωχροι, καὶ τεταραγμένοι τὸ χρῶμα, δειλοί· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ πάθος, τὸ ἐκ τοῦ φόβου γιγνόμενον. [151] Οἱ δὲ μελίχλωροι, ἀπεψυγμένοι εἰσί. Τὰ δὲ ψυχρὰ, δυσκίνητα· δυσκινήτων δὲ ὄντων τῶν κατὰ τὸ σῶμα, εἶεν ἂν βραδεῖς. [152] Οἷς τὸ χρῶμα ἐρυθρὸν, ὀξεῖς· ὅτι πάντα τὰ κατὰ τὸ σῶμα ὑπὸ κινήσεως ἐκθερ-

valde, astuti: referuntur ad vulpes. Pallidi, colore turbati, timidi sunt: referuntur ad passionem, quae fit ex timore. Qui autem sunt mellei coloris, sunt frigidi: frigida autem mobilia difficulter: mobilibus autem difficulter existentibus iis, quae sunt iuxta corpus, erunt vtique tardi. Quibus color ruber est, acuti sunt, quoniam omnia, quae sunt secun-

150. Οἱ δὲ ἔνωχροι) *Pallidi, colore turbati.* Hic color ex muco viscido sanguini admixto prouenit, quem λευκὸν φλέγμα veteres appellarunt, et λευκοφλεγματιοῦντας, qui ob pituitam pallent, nec tument. Varium quid pallido internitet, quod χλωρὸν *flauum* aut *viride* dicitur, quemque statum Aret. de morb. chron. L. I. c. 13. vocat χροιῇ χλοηβάφους, *quantum ad colorem, instar herbae tinctos.* Igitur sanguis cum bile remixtus et ad cutem transfertur, atque laesis inde functionibus timor in animo locum occupat.

151. Οἱ δὲ μελίχλωροι) *Qui vero mellei coloris.* Gloss. vett. *fuscum* explicant. Aeque is ex flaua fit bile, quae seponitur in totum corpus, atque prauam humoribus dispositionem affert, et sanguinis circulationem reddit tardiorem.

152. Οἷς δὲ τὸ χρ.) *Quibus color ruber est, acuti sunt.* Notat is caliditatis et sanguinis redundantiam. Color ille in cute efflorescens laetum quid et iucundum significat, et εὐχροιαν σώματος, *bonam corporis quoad colorem constitutionem* indicat. Iusta adest humorum temperies, naturalisque pinguedo subcutanea, totius

ἐκθερμαινόμενα, ἐρυθραίνεται. [153] Οἷς δὲ τὸ χρῶμα φλογοειδὲς, μανικοί. [154] Ὅτι τὰ κατὰ τὸ σῶμα σφόδρα ἐκθερμανθέντα, φλογοειδῆ χροιὰν ἴσχει· οἱ δὲ ἄκρως θερμανθέντες, μανικοὶ ἂν εἴησαν. [155] Οἷς δὲ περὶ τὰ στήθη ἐπιφλεγές ἐστι χρῶμα,

dum corpus, a motu calefacta erubescunt. Quibus color flammeus est, maniaci: quia ea, quae sunt in corpore vehementer calefacta, flammeum colorem habent. Qui autem sunt extreme calefacti, maniaci vtique sunt. Quibus autem est flammeus color circa pe-

cutis similis explicatio, musculorumque bonus motus.

153. Οἷς δὲ τὸ χρ. φλ.) Follin. prop. 29. p. 54. ita interpretatur: *Quibus color inflammatus atque igneus est, insani, omnes siquidem corporis partes, si impendio calidiores reddantur, flammeum colorem acquirunt, qui vero ad extremum calefactionis perueniunt, merito furiosi dicuntur.* Inflammatio totius corporis ἐξερύθρους facit homines, et natiuum ruborem insolito intendit modo, indicatque magnam adesse aestuationem. In eresypelate, pleuritide, tussi, vomitione febribusque, aliis rubor ille status morbosi signum est. Mens autem ab hac inflammmatione turbatur, vnde deliria ingruunt; et si maior gradus caloris transit ad cerebrum, meningesque afficit, furore corripitur homo. Cassandram illam, Priami ac Hecubae filiam, ferunt flammeo fuisse colore et oculis lucentibus, proindeque maniacam.

154. Ὅτι τὰ) Τὰ post οἷς, vel expungendum, vel elliptice accipiendum pro κατὰ τά. *Sylb.*

155. Οἷς δὲ περὶ τὰ στήθη) Et Auerroes et Interpres consentiunt. Affectus autem ex caliditate et siccitate cordis prouenit. Sic enim Seneca, de ira, L. I. c. I. *Flagrant et micant oculi, multus ore toto rubor, exaestuante ab imis praecordiis sanguine*, qui non solum pectus rubore tingit, sed et pulsum celerem et durum reddit v. Gal. de arte

μα, δυσόργητοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ πάθος. Τοῖς γὰρ ὀργιζομένοις ἐπιφλέγεται τὰ περὶ τὰ στήθη. Οἷς τὰ περὶ τὸν τράχηλον, καὶ τοὺς κροτάφους αἱ φλέβες κατατεταμέναι εἰσὶ, δυσόργητοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ πάθος, ὅτι [156] τοῖς ὀργιζομένοις ταῦτα συμβαίνει. Οἷς τὸ πρόσωπον [157] ἐπιφοινίσσον ἐστίν.

ctus, difficilis irae ſunt: referuntur ad paſſionem. Iratis namque ſuperaccenduntur ea, quae circa pectus. Quibus autem circa collum et tempora venae diſtenſae ſunt, difficilis irae: referuntur ad paſſionem, quia iratis haec accidunt. Quibus facies ſupereru-

med. T. III. p. 149. Θερμῆς καὶ ξηρᾶς καρδίας οἱ σφυγμοὶ σκληροὶ, καὶ μεγάλοι, καὶ ταχεῖς, καὶ πυκνοί. Καὶ αἱ ἀναπνοαὶ μεγάλαι τε καὶ ταχεῖαι καὶ πυκναί. Καὶ πολὺ δὴ μᾶλλον εἰς τάχος ἐπιδιδόασιν καὶ πυκνότητα, συναυξηθέντος ἀνάλογον τῇ καρδίᾳ τοῦ θώρακος. — Εἰς δὲ τὰς πράξεις ἕτοιμοι, καὶ θυμικοὶ, καὶ ταχεῖς, καὶ τυραννικοὶ τοῖς ἤθεσι, καὶ γὰρ ὀξυθυμοὶ καὶ δύσπαυστοι. *Calidi et ſicci cordis pulſus duri, magni, veloces et frequentes. Reſpirationes magnae, veloces, et frequentes, et quae multo magis ad velocitatem et frequentiam vergant, thorace eadem proportione aucto, qua cor caliditate — Promti ad actiones, iracundi, celeres, impudentes et mores tyrannicos habentes, etenim ſunt in iram praecipites, et non facile placabiles.* Omnes autem, colores ſic deſcribit Alex. ab Alex. L. II. c. 19. *Plato vero homines rubicundos dixit animoſos, nigriores, viriles: albos, Deo deuotos; mellei coloris et decoloris vultus, nimium amatores. Tametſi communi fertur adagio, iracundiſſimos eſſe flauos, rubenteſque.*

156. Τοῖς ὀργιζ.) Hoc fit propter celeriorem ſanguinis circulationem, et Senec. l. I. *intumeſcentiam* appellat: *Magnaſque minas agens, foeda viſu et horrenda facies deprauantium ſe, ac intumeſcentium.* Et Cic. de offic I. c. 29. *Iratorum omnium vultus, voces, motus, ſtatuſque mutantur.*

157. Ἐπιφοινίσσον) Hanc

ἐστὶν, αἰσχυντηλοί εἰσιν· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ πάθος, ὅτι τοῖς αἰσχυνομένοις ἐπιφοινίσσεται τὸ πρόσωπον. Οἷς αἱ [158] γνάθοι ἐπιφοινίσσουσιν, οἰνόφλυγες· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ πάθος, ὅτι τοῖς μεθύουσιν ἐπιφοινίσσουσιν αἱ γνάθοι. Οἷς δὲ [159] οἱ ὀφθαλμοὶ ἐπιφοινίσσουσιν, [160] *ἐκστα-*

beſcens eſt, verecundi ſunt: referuntur ad paſſionem, quia verecundatis ſupererubeſcit facies. Quibus genae ſupererubeſcunt, amatores ſunt vini: referuntur ad paſſionem, quia ebriis ſupererubeſcunt genae. Quibus autem oculi ſupererubeſcunt, extra ſe

vocem ipſe Ariſtot. aeque ac rem explicat Probl. S. XI. 33. per ἐξέρυθροι γίνονται, atque ex cordis calore deducit: τοῖς δὲ αἰσχυνομένοις ἄνω φέρεται τὸ θερμὸν πρὸς τὸ πρόσωπον. Σημεῖον δὲ ὅτι ἐξέρυθροι γίνονται. *Calor in pudore affectis ſeſe effert ad faciem. Cuius indicium eſt, quod plenius erubeſcunt.* Et 53. οἱ μὲν γὰρ αἰδούμενοι ἐρυθριῶσιν· ἡ δὲ ἀγωνία αἰσχύνη τίς ἐστιν. *Quos enim puduit erubeſcunt: trepidatio autem pudor quidam eſt.* Pudor autem a natura homini datus eſt tamquam cuſtos conſeruandae dignitatis ac exiſtimationis ſuae, v. Cic. de Offic. L. I. c. 35.

158. Αἱ γνάθοι ἐπιφ.) *Genae ſupererubeſcunt.* Proprie in genis eſt ſedes pudoris, quare pueris rubere genua probitatis ſignum eſt. v. Alex. ab. Al. gen. dier. L. II. c. 19. ſi autem nimius rubor, irae ſignum, qui fit ex calore ſanguinis aucto et ad ſuperiora aſcendente. Vide Seneca, de ira L. II. c. 20. *Quidam ebrii effervescunt, quidam ſicci. Neque vlla alia cauſa eſt, cur iracundiſſimi ſint flaui atque rubentes: quibus talis natura color eſt, qualis fieri ceteris inter iram ſolet: mobilis enim illis agitatuſque ſanguis eſt.*

159. Οἱ ὀφθαλμοὶ ἐπιφ.) *Quibus autem oculi ſupererubeſcunt etc.* Idem Seneca de ira, L. I. c. 1. *Flagrant et micant oculi,* qui ſunt κάτοπτρον τῆς ψυχῆς. Ratio huius effectus eſt ap. Ariſt Probl. S. XXXI. 3. et S. XXXII. 8. et Autor Hi-

160 ἐκστατικοὶ ὑπὸ ὀργῆς· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ πάθος, ὅτι οἱ ὑπὸ ὀργῆς ἐξεστηκότες, ἐπιφοινίσσονται τοὺς ὀφθαλμούς. 161 Οἷς δὲ ὀφθαλμοὶ ἄγαν μέλανες,

feruntur ob iram: referuntur ad paſſionem, quia, qui ab ira efferuntur, erubeſcunt oculis. Quibus autem oculi valde nigri, timidi:

eroſ. liberatae cant. IV. *Horrida maieſtas ferocitate vultus terrorem auget.* — *Rubent oculi veneno infecti, et micat ſcintillans acies inſtar ſtellae crinitae male ominatae.*

160. Ἐκστατικοί) Aldus dat vitioſe, ἐκστακτικοί.

161. Οἷς δὲ ὀφθ.) *Quibus autem oculi valde nigri.* Empedoclis ſententiae fauet Ariſtot. qua nigros oculos ex caloris interioris abſentia fieri arbitratur, ſic enim Probl. S. XIV. 14. ὄμματα μέλανα δὲ, διὰ τοῦ ἐντὸς θερμοῦ ἀπουσίαν, et apud nationes verſus meridiem habitantes quam maxime reperiri ſcribit. Et de gen. anim. L. V c. 1. Τὰ μὲν οὖν ἔχοντα τῶν ὀμμάτων πολὺ τὸ ὑγρὸν, μελανόμματά ἐστι, διὰ τὸ μὴ εὐδίοπτα εἶναι τὰ πολλά. *Itaque qui multum humoris continent, nigri ſunt, quoniam humoris copia tranſſpici ſatis non poteſt.* Omnes autem cauſas nigri coloris commemorat Galen. de arte med. T. III. p. 148. b. μέλας δ' ὀφθαλμὸς, ἢ διὰ τὴν σμικρότητα τοῦ κρυσταλλοειδοῦς, ἢ διὰ τὸ ἐν βάσει θέσει, ἢ ὅτι λαμπρόν τε καὶ αὐγοειδὲς, ἀκριβῶς οὐκ ἐστὶν, ἢ ὅτι τὸ λεπτὸν ὑγρὸν, ἢ τοι πλέον, ἢ οὐ καθαρόν ἐστιν, ἢ διὰ τινὰ τούτων, ἢ διὰ πάντα πέφυκε γίνεσθαι. Niger *autem oculus fit, vel ob parvitatem humoris cryſtallini, aut propter profundum ſitum, vel quoniam ſplendidus et fulgidus exquiſite non eſt, vel quoniam humor aqueus aut ſuperabundat, aut eſt impurus. Singulae cauſae oculum* (ſeu iridem) *nigrum faciunt, omnes autem nigerrimum.* Itaque ſi humores in oculo abundant, etiam in reliquis abundabunt corporis partibus. Vbi autem abundantia humoris, ibi caliditatis abſentia, et vbi caliditatis abſentia, ibi timor. Ergo nigri oculi timorem ſignificant.

λάνες, δειλοί. Ἡ γὰρ ἄγαν [162] μελαίνη χρόα, ἐφάνη δειλίαν σημαίνουσα. Οἱ δὲ μὴ ἄγαν μέλανες, ἀλλὰ κλίνοντες πρὸς [163] τὸ ξανθὸν χρῶμα, εὔψυχοι. Οἷς δὲ οἱ ὀφθαλμοὶ [164] γλαυκοὶ, ἢ λευκοὶ, δειλοί· ἐφάνη γὰρ τὸ λευκὸν χρῶμα δειλίαν σημαῖνον. Οἱ δὲ μὴ γλαυκοὶ, ἀλλὰ [165] χαροποὶ, εὔψυ-

niger enim color valde, videtur timiditatem significare. Qui autem non sunt valde nigri, sed declinant ad flauum colorem, boni animi sunt. Quibus autem oculi glauci, aut albi, timidi sunt: visus est enim albus color timiditatem significare. Qui autem non sunt glauci, sed charopi, boni

162. Μελαίνη) Nota Ion. μελαίνη, pro communi μέλαινα. *Sylb.*

163. Τὸ ξανθὸν) *Flauum colorem.* Quoniam autem flauus color ex nigro est temperatus, et sufficientem adesse arguit caliditatem, merito signum bonae temperiei et boni animi esse potest.

164. Γλαυκοὶ, ἢ λευκοὶ) *Glauci oculi et albi.* Colorem oculorum admodum colorem corporum imitari, atque qui albo corpore caesios habere oculos, quia τοῦ γὰρ λευκοῦ τοῦτο ἐγγύς τὸ χρῶμα, statuit Aristoteles, et causam reddit hanc: καθάπερ οὖν τῶν πρὸς ἄρκτον οἰκούντων, γλαῦκα ὄμματά ἐστι, τῷ τὸ ἐντὸς θερμὸν κωλύεσθαι διεκπίπτειν, διὰ τὸ ἐκτὸς ψυχρόν. *Ergo quaemadmodum qui aquilonem versus positi sunt, oculis caesiis ideo nascuntur, quod calor interior effluere a frigore exteriori vetatur.* v. Probl. S. IV. 14. Temperies autem colorem dilutum non saturum facit, atque imbecillitatem arguit. Nero eiusmodi oculos habuisse fertur, qui timidus fuit. De glaucis oculis v. Gal. de arte med. p. 149. b. Anacreon, od. κή v. 20. dicit βλέμμα γλαυκόν, cf. animaduu. V. Cel. Fischeri ad illum locum.

165. Χαροποὶ) Vide quae diximus p. 37. n. 12.

εὔψυχοι· ἀναφέρεται ἐπὶ λέοντα, καὶ αἐτόν. Οἷς δὲ [166] οἰνωποί, μάργοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τὰς αἶγας. Οἷς δὲ [167] πυρώδεις, ἀναιδεῖς· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς κύνας. Οἱ [168] ὠχρόμματοι, ἐντεταραγμένους ἔχοντας

animi ſunt: referuntur ad leonem, et aquilam. Qui autem vino colore ſimiles ſunt, ſtolidi ſunt: referuntur ad capras. Quibus ignei ſunt oculi, inuerecundi: referuntur ad canes. Qui autem oculos diſcoloratos ha-

166. Οἰνωποί) Agnoſcit etiam οἰνωποὶ Interpres, ſed rectius cum Geſnero 276, 51. legemus αἰγωποί: ſicut de gener. anim. L. V. 304, 6. ἔνια δ' αἰγωπὰ, καθάπερ τὸ τῶν αἰγῶν αὐτὸ πλῆθος: at hiſt. animal. L. I. 13. 25. τὸ αἰγωπὸν dicitur eſſe, ἤθους τοῦ βελτίστου σημεῖον, καὶ πρὸς ὀξύτητα ὄψεως κράτιστον. Adamant. infra II. Κεφ. κέ. pro οἰνωποὶ habet μαρμαρύσσοντα ὄμματα. *Sylb.* Interpr. lectionem ſequitur etiam Auerroes. Et ſic legiſſe videtur in Phyſiogn. Alex. ab Alex. gen. dier. L. II. c. 19. *Refert vero Ariſtoteles*, ait, *caprinos oculos et modice conniuentes, aut paruos, morum praeſtare indicium optimorum.* Et tunc mendum eſt in voce μάργοι.

167. Πυρώδεις) Cam. πυρώδεις. *Sylb.* Du Vallius πυρώδεις MSS. autoritate firmari ad margin. notat. Et ſic quoque Foll. prop. 50. *Quibus oculi ignei ſunt, laſciui et libidinoſi.* Luxuriam autem ſpendor et luciditas oculorum ſignificat, et oritur ex copia ſanguinis in venas tunicae coniunctiuae confluente. Eiuſmodi oculos ſuae amicae pingere iubet Anacr. od. κή 18. τὸ δὲ βλέμμα νῦν ἀληθῶς Ἀπὸ τοῦ πυρὸς ποίησον. *Oculos plane ardentes fac illi*, V. Cel. Fiſcheri Obſeru. ad h. l.

168 Ὠχρόμματοι) *Diſcoloratos*, ſiue *diuerſi coloris*, qui diuerſimode variant in iride, ſic v. c. grana quaedam diuerſi coloris a reliqua iride, veluti grana milii conſpiciuntur, quaeque vel ſanguineum, vel caeruleum, vel alios referunt colores. In quibuſdam loco granorum circuli ſunt, qui iridem ab albo, a pupilla etc. ſeiungunt, atque diuerſos faciunt colores. Inaequa-

τες τοὺς ὀφθαλμοὺς, δειλοί· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ πάθος· ὅτι οἱ φοβηθέντες, ἔνωχροι γίνονται χρώματι οὐχ ὁμαλῷ. Οἱ δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς 169 στιλπνοὺς ἔχοντες, λάγνοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ἀλεκτρυόνας καὶ κόρακας.

170 Οἱ δασείας ἔχοντες τὰς κνήμας, λάγνοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς τράγους. 171 Οἱ δὲ περὶ τὰ στήθη καὶ τὴν κοιλίαν ἄγαν δασέως ἔχοντες, οὐδέποτε

bent, et turbatos, timidi: referuntur ad paſſionem, quia qui timuerint, pallidi fiunt colore non aequaliter. Quicumque oculos lucentes habent, luxurioſi: referuntur ad gallos et coruos.

Qui tibias piloſas habent, Venerei ſunt: referuntur ad hircos. Qui autem ea, quae ſunt circa pectus, et ventrem, valde piloſa habent,

lem autem humorum arguunt temperiem, ex qua timiditas commode poteſt colligi.

169. Στιλπνοὺς.) *Lucentes.* De lucentibus oculis eadem ratio locum habet, quum adduximus not. 167.

170. Οἱ δασείας etc.) Auerroes habet ad marginem: *De Piloſitate in quacumque corporis parte.* De κνήμαις diximus p. 45. n. 39. et p. 93. n. 14. Foll. prop. 13. n. 39. tibiarum nomine etiam coxas intelligere Ariſtotelem cenſet, quia, ſi crura villoſa, pubeſque hirſuta, genitalia multum generant ſeminis, vnde ſalacitas.

171. Οἱ δὲ περὶ) Locus hic valde laborare videtur. Lacuna enim aequiuocationem in verbis οὐδέποτε πρὸς τοῖς αὐτοῖς διατελ. ſuſpicatur, quia homines ſunt ſociabiles. Et Ioh. Bapt. a Porta habet *pectus et aluus*, quae ob piloſitatem mente leues, inſtabiles, et imbecilles notant. Sed nihil mutandum. Qui enim pectoris et ventris regionem habent hirſutam ſunt feruidae humidaeque naturae, ac libidinoſi ſicut aues.

ποτε πρὸς τοῖς [172] αὐτοῖς διατελοῦσιν· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὄρνιθας, ὅτι [173] ταῦτα τὰ στήθη καὶ τὴν κοιλίαν δασυτάτην ἔχουσιν. [174] Οἱ τὰ στήθη ψιλὰ ἄγαν ἔχοντες, ἀναιδεῖς· ἀναφέρεται ἐπὶ τὰς γυναῖκας. Ἐπειδὴ οὖν οὐδὲ ἄγαν δασέα δεῖ εἶναι, οὔτε ψιλὰ, ἡ μέση ἕξις κρατίστη. Οἱ τοὺς ὤμους δασεῖς ἔχοντες, οὐδέ ποτε πρὸς τοῖς αὐτοῖς διατελοῦσιν. ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὄρνιθας. Οἱ [175] τὸ νῶτον δασὺ ἔχοντες ἄγαν, [176] ἀναιδεῖς· ἀναφέρεται ἐπὶ

numquam in eiſdem perſeuerant: referuntur ad aues: quia eae pectus et ventrem valde piloſa habent. Qui pectora habent valde nuda, vel non piloſa, inuerecundi ſunt: referuntur ad mulieres. Quoniam igitur non oportet valde piloſa eſſe, neque nuda, medius habitus eſt optimus. Quicumque humeros piloſos habent, numquam in eiſdem perſeuerant: referuntur ad aues. Qui dorſum habent piloſum valde, inuerecundi ſunt,

172. *Αὐτοῖς*) In Leoniceni editione inter τοῖς et αὐτοῖς hoc ſcholion inculcatum eſt, μή ποτε θέλῃ ἀνθρώποις, quo ſignificatur videndum eſſe, ne forte pro αὐτοῖς legendum ſit ἀνθρώποις, ſed τοῖς αὐτοῖς eſt etiam infra, *de humeris. Sylb* Aldus etiam habet hoc ſcholion, et Follinus.

173. Ταῦτα) Quum ταῦτα ſubaudiendum τὰ ζῶα, ad ὄρνιθας enim melius quadrat οὗτοι. *Sylb.*

174. Οἱ τὰ στήθη) Foll. prop. 15. p. 41. ita vertit; *Qui pectus habent admodum glabrum, impudentes*, videlicet hoc accidit propter frigiditatem cordis. Ratione autem impudentiae, nec iniuria, Follinus defendit mulieres l. l.

175. Τὸ νῶτον) Leon. et Cam. τὸν νῶτον, et tamen neutro genere δασύ: vt duplex hic ſit lectio, τὸν νῶτον δασὺν, et τὸ νῶτον δασύ. *Sylb.* Vtraque forma occurrit, praeprimis apud Poetas.

176. Ἀναιδεῖς) Hanc vo-

ἐπὶ τὰ θηρία. 177 Οἱ δὲ τὸν αὐχένα ὄπισθεν δασὺν ἔχοντες, 178 ἐλεύθεροι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς λέοντας. 179 Οἱ δὲ ἀκρογένειοι, εὔψυχοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς κύνας. Οἱ δὲ 180 συνόφρυες, δυς-

άνιοι·

referuntur ad beſtias. Quicumque autem collum retro piloſum habent, liberales ſunt: referuntur ad leones. Qui autem mentum habent acutum, boni animi: referuntur ad canes. Quicumque habent ſuper-

cem Porta vertit *aſperi*, quia beſtiae impudentes non dici poſſunt. Ergo tantummodo propter dorſum hirſutum cum beſtiis componuntur, et aſperitas habet comitem impudentiam.

177. Οἱ δὲ τὸν αὐχ.) Foll. prop. 17. p. 43. reddit: *Qui colli poſteriorem partem hirſutum, liberales.* Pili in ea ſicca regione oſſibuſque magnis firmata, caloris et abundantiae humorum ſignum praebent: eiuſmodi homines liberales eſſe, exinde patet, quia ſibi ſuiſque viribus fidunt, neque metu in vlla torquentur re, adeoque auaritiae non ſolum infenſi, ſed ſua natura ad liberalitatem proni.

178. Ἐλεύθεροι) Camot. ἐλευθέριοι: de qua ſcriptura ſupra quoque dictum p. 84. n. 45. *Sylb.* Quam Cam. lectionem MS. auctoritate firmari notat Du Vallius ad marginem.

179. Οἱ δὲ ἀκρογ.) Follin. *Qui mentum habent prolixum, animoſi.* Quidam legendum eſſe ſuſpicantur οἱ δὲ περὶ τὸ γένειον δασεῖς, inter quos principem occupat paene locum Porta, his potiſſimum fulti rationibus: Ariſtoteles primo ad canes refert; qui acutum mentum non habent, 2) agit de pilis, non de menti figura aut amplitudine. Barba vero fortis animi eſt indicium, et quo denſior, prolixiorque barba, eo maior virilis cenſendus animus; et canes ſunt animoſi, nam Cicero Verr. IV. 29. inquit: *Canum tam fida cuſtodia, tamque odium in externos, et tam incredibilis ad inueſtigandum ſagacitas narium, tanta alacritas in venando;*

ἄνιοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τὴν τοῦ πάθους ὁμοιότητα. Οἱ δὲ τὰς ὀφρῦς κατεσπασμένοι πρὸς τῆς ῥινός, 181 ἀνεσπασμένοι δὲ πρὸς τὸν κρόταφον, εὐήθεις· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς σῦς. 182 Οἱ φριξὰς τὰς τρίχας ἔχοντες ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, δειλοί· ἀναφέρεται ἐπὶ

cilia coniuncta, tristes sunt: referuntur ad similitudinem passionis. Qui supercilia divulsa habent ante nasum, et extensa vsque ad tempora, fatui sunt: referuntur ad porcos. Qui erectos pilos habent in capite, timidi: re-

vnde ferri omnino lectio οἱ δὲ περὶ etc. potest.

180. Συνόφρυες.) Συνόφρυες legitur etiam apud Polem. I. Κεφ. ί. οἱ δὲ σφόδρα συνόφρυες, apud Adam. vero II. Κεφ. κς'. δασόφρυες. Mentio huius superciliorum physiognomoniae fit etiam in hist. anim. L. I. c. 13. *Sylb.* Intp. *Supercilia coniuncta.* Sic tribuit Anacreon amicae suae od. κή. v. 16. Τὸ λεληθότως σύνοφρυν, *supercilia leui discrimine iuncta.* De superciliis eorumque differentia, vide Aristot. in hist. anim. L. I. c. 9. et Alex. ab Alex. genial. dier. L. II. c. 19.

181. Ἀνεσπασμένοι etc.) *Inflexi iuxta tempora.* Arist. in hist. anim. L. I. c. 9. ait αἱ δὲ πρὸς τοὺς κροτάφους, μώμου καὶ εἴρωνος, et tamen hoc loco est εὐήθεις. Conciliari autem hoc modo possunt haec loca, in historia anim. de superciliis ad tempora, in hoc, supercilia diuulsa ad nasum, etc. Ergo hic est mixtum superciliorum genus. Ergo propositio vera.

182. Οἱ φριξὰς) Follin. prop. 22. p. 46. *Qui capillos horridos habent, timidi.* Interpres, *erectos.* Vterque non male, sic Virg. Aen. L. III. v. 47. sq. *Tum vero ancipiti mentem formidine pressus obstupui, steteruntque comae, et vox faucibus haesit*, et L. IV. v. 279. sq. *At vero Aeneas adspectu obmutuit amens, Adrectaeque horrore comae, et vox faucibus haesit.* Erecti autem sunt capilli propter frigiditatem externarum partium, qua coarctatis poris rigent. Vide Arist. de gen. anim. L. V. c. 3.

ἐπὶ τὸ πάθος, ὅτι καὶ οἱ ἔκφοβοι γιγνόμενοι, φρίσσουσιν. [183] Οἱ τὰς τρίχας σφόδρα οὔλας ἔχοντες, δειλοί· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς Αἰθίοπας. [184] Ἐπειδὴ οὖν αἵ τε φριξαὶ, καὶ οἱ σφόδρα οὖλαι δειλίαν ἀναφέρουσιν, [185] αἱ ἄκρουλοι ἂν εἶεν πρὸς εὐψυχίαν ἄγουσαι· ἀναφέρεται δὲ καὶ ἐπὶ τὸν λέοντα. [186] Οἱ τοῦ μετώπου τὸ πρὸς τῇ κεφαλῇ [187] ἀνα-

ςεῖλον

feruntur ad paſſiones: quia timentibus eriguntur. Qui capillos multum criſpos habent, timidi referuntur ad Aethiopas. Quoniam igitur rigentes, et vehementer criſpi timiditatem ferunt, qui in extremitate ſunt criſpi, ad bonum animum referuntur: referuntur autem et ad leonem. Qui id frontis, quod eſt ante caput, eleuatum ha-

183. Οἱ τὰς τρ.) *Qui capillos multum criſpos habent.* Cauſam criſporum capillorum ſuppeditat Ariſt. l. l. Αἰθίοπες δ' οἱ ἐν τοῖς θερμοῖς, οὐλότριχες· καὶ γὰρ αὐτοὶ ὑγροὶ, καὶ ὁ περὶ αὐτοὺς ἀὴρ ὑγρός. *Aethiopes contra, qui loca incolunt calida, criſpi ſunt pilo: ſiccum eſt enim cerebrum eorum, et aer ambiens.* Aliae ſunt etiam cauſae, v. c. obliquitas meatus, per quem pilus egreditur, conformatrix virtus aſſimilans liberos parentibus, etc. Si autem nimius e corpore diſcedit calor, frigiditas ſuccedit, quae timiditatem procreat.

184. Ἐπειδὴ οὖν) Auerr. *Quia igitur et erecti et vehementer criſpi.*

185. Αἱ ἄκρουλοι) Ἄκρουλοι agnoſcit etiam Interpr. *in extremitate criſpi.* Erectorum autem et criſporum temperies bonam temperaturam efficiens, bonam naturam denotat.

186. Οἱ τοῦ μετώπου) *Qui frontem eleuatam habent.* Hanc ni fallor, Alex. ab Alex. gen. dier. L. II. 19. *latam* dicit, quae *mente flexibiles* deſignat.

187. Ἀνατεῖλον) De ἀνατεῖλον ſupra dictum, p. 81. n. 34. *Sylb.*

ϛεῖλον ἔχοντες, ἐλευθέριοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς λέοντας. Οἱ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς προσπεφυκυίας ἔχοντες τὰς τρίχας ἐπὶ τοῦ μετώπου κατὰ τὴν ῥῖνα, [188] ἀνελεύθεροι· ἀναφέρεται ἐπὶ τὴν [189] ἐπιπρέπειαν, ὅτι δουλοπρεπὲς τὸ φαινόμενον.

[190] Μακροβάμων καὶ βραχυβάμων, εἴη ἂν νωθρεπιθέτης

bent, liberales sunt, referuntur ad leones. Qui in capite adnatos habent capillos ad frontem iuxta nasum, sunt liberales: referuntur ad decentem apparentiam.

(*Qui longi ac tardi gressus sit, vtique tar-

188. Ἀνελεύθεροι) Aldus dat ἐλευθέριοι, et sic etiam Auerr. et Interpr. *liberales*. Adnati siquidem capilli partes contegentes et caliditatem cerebri fouent.

189. Ἐπιπρέπειαν) Auerr. hanc vocem h. l. vertit, *apparentem decentiam*.

* Vncinis inclusa non habet Interpr. et Auerroes ad marginem notauit, partem hanc non esse in antiqua translatione, suspicaturque eam Graeco codici additam, neque iniuria, nam scribendi genus ab ingenio Aristotelis recedit.

190. Μακροβάμων etc.) Conuenientius Ifingr. καὶ βραδυβάμων: vt declarat in seqq. aduerbium βραδέως: quamquam Camot. et Leon. pro eo quoque habent βραχέως. Interpres hunc locum de incessu omisit. *Sylb.* Du Vallius quoque βραδυβάμων habet, at Aldus βραχυβάμων et pro βραδέως in sqq. βραχέως. Longitudo autem gressuum respectu corporis accipienda, et notat robur facultatis mouentis et sustinentis corpus. Si enim corpus mouetur, corpus vnico quiescentis cruris fulcro sustinetur: quod difficilius est, quam duobus cruribus sustineri: quo vero longius alterum crus proiicitur, eo amplius crescit difficultas, vt robustiore ad id opus sit potentia. Tarditas contra oritur ex desiderio remisso, quod fit vel ex rerum contemtu, et notat magnanimum, et cogitabundum, vel ex animi frigiditate, et est socordis et pigri signum. Itaque lon-

της τελεςικός· ὅτι τὸ [191] μακρὰν βαίνειν, ἀνυςικόν. Τὸ βραδέως δὲ, μελλητικόν. Βραχυβάμων, βραδυβάμων νωθρεπιθέτης, [192] οὐ τελεςικὸς· ὅτι τὸ βραχέα βαίνειν καὶ βράδεως, οὐκ ἀνυςικόν. Μακροβάμων, [193] ταχυβάμων, οὐκ ἐπιθετικός, τελεςικός· ὅτι τὸ μὲν τάχος [194] εὐτελεςικόν· ἡ δὲ μακρότης, οὐκ ἀνυςικόν. [195] Βραδυβάμων, ταχυβάμων, [196] ἐπιθετικὸς, οὐ τελεςικός.

[197] Περὶ

ditate moleſtus, perfectiuus: quondam longe progredi efficax, tarde vero cogitabundum. Qui breuis, ac tardi greſſus, tarditate moleſtus, non perfectiuus: quoniam breuiter tardeque progredi minime efficax. Qui longi ac celeris greſſus, minime moleſtus, perfectivus: quoniam celeritas perfectiuum, longitudo vero non inefficax. Qui breuis et celeris greſſus, moleſtus, non perfectiuus.)

K 5

gitudo greſſuum perfectivum deſignat, qui opera abſoluit, et tarditas cunctabundum, qui non abſque conſilio agit. Ergo temperies ex his bona eſt.

191. Μακρὰν β.) Rectius μακρὰ βαίνειν, vt apud Homerum, μακρὰ βιβάς: et apud Adam. II. Κεφ. κζ'. οἱ μακρὰ βαίνοντες, ſic certe ſeq. v. βραχέα βαίνειν. *Sylb.* Aldus habet μακρὰ, quocum conſentit Du Vallius, in margine tamen notat μακρὰν β. eſſe in MS.

192. Οὐ τελεςικὸς) *Non perfectiuus.* Breuiter enim tardeque ingredi ad perficienda opera minime efficax eſt.

193. Ταχυβάμων) *Celeris greſſus.* Celeritas greſſuum concitatum ſpirituum impulſum, concitatumque animum notat, atque ſiccitatem caliditatemque temperiei, ac hominem expeditum.

194. Εὐτελεςικὸν) Pro εὐτελεςικὸν legendum vel ἐκτελεςικὸν, vel diuiſe ἐπὶ τελεςι-

[197] Περὶ δὲ χειρὸς καὶ πήχεως καὶ βραχίονος φορᾶς, αἱ τοιαῦται ἀναφέρονται. [198] Οἱ δὲ τοῖς ὤμοις ἐπισαλεύοντες ὄρθοις ἐκτεταμένοις, [199] γαλεαγκῶνες· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ἵππους. Οἱ τοῖς ὤμοις ἐπανασαλεύοντες [200] ἐκκεκυφότες, μεγαλόφρονες· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς λέοντας.

[201] Οἱ

De manus, et cubiti et brachii motu, eadem referuntur. Qui humeris rectis, tensis, insultant, galeangones: referuntur ad equos. Qui scapulis mouentur curui, sunt elati: referuntur ad leones.

κόν. *Sylb.* Et Du Vallius ad marginem notat quosdam habere vel ἐκτελ. vel ἐπιτελ.

195. Βραδυβάμων etc.) Forsasse legendum, ταχυβάμων, βραχυβάμων: vt prius ἐπιθετικὸν, posterius vero οὐ τελεστικὸν, significet: quo respicere videtur quae Adamant. habet, II. Κεφ. κζ'. *Sylb.*

196. Ἐπιθετικός) Auerroes ad marginem notat, quosdam habere, *non molestus.* Negatiua videtur praeferenda, quamquam in nullo codice graeco reperiatur, nam qui celeris gressus, non est molestus tarditate.

197. Περὶ δέ) Forsan περὶ δὴ, vel περὶ οὖν: Seq. gen. φορᾶς agnoscit etiam Interpr. vt cum αἱ τοιαῦται subaudiendum videatur φυσιογνωμονίαι. Interpres vertit, *eadem referuntur*, τὰ αὐτὰ ἀναφέρεται. *Sylb.*

198. Οἱ δὲ τοῖς ὠ.) Auerroes ad marginem habet: *De Membrorum motibus.*

199. Γαλεαγκῶνες) Leon. γαλεαγῦνες: Corrupte: vt patet etiam ex Interprete, qui Graecam vocem retinuit. Supra quoque eadem vox ab autore vsurpata est, p. 56. l. 1. Apud Galen. vero in Lex. Hippocr. proparoxytonôs scriptum γαλεάγκωνες, sicque appellari dicuntur, οἱ σμικρὸν μὲν καὶ ἄτροφον ἔχοντες τὸν βραχίονα, τὰ δὲ κατὰ τὸν ἀγκῶνα, ὀγκωδέστερα ὥς περ αἱ γάλαι. quae vocabuli significatio parum huc videtur congruere. Adamant. in paraphrasi II. Κεφ. κζ'. pro eo habet αὐθάδεις καὶ ὑβρισταί. vt fere aliquis

201 Οἱ δὲ τοῖς ποσὶν ἐξεστραμμένοις πορευόμενοι, καὶ ταῖς κνήμαις θηλείαις, ἀναφέρονται ἐπὶ τὰς γυναῖκας.

202 Οἱ δὲ τοῖς σώμασι περικλώμενοι καὶ ἐντριβόμενοι, κόλακες· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ πάθος. Οἱ ἐγκλινόμενοι εἰς τὰ δεξιὰ ἐν τῷ πορεύεσθαι, κίναιδοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τὴν ἐπιπρέπειαν.

203 Οἱ εὐκινήτους τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχοντες, ὀξεῖς, ἅρπα-

Qui pedibus inuerſis ambulantes, et cruribus, feminini: referuntur ad mulieres.

Qui vero corporibus circumtorquentes ſe, et fricantes: adulatores ſunt: referuntur ad paſſiones. Inclinati autem ad dextram in ambulando, cinaedi ſunt: referuntur ad apparentem decentiam.

Quicumque oculos habent bene mobiles,

malit γαυροαλαζόνες. *Sylb.* Aldus corruptam retinet lectionem.

200. Ἐκκεκυφότες) Forταſſe rectius ἐγκεκυφότες. *Sylb.* ἐπανασαλεύοντες autem vertendum, *ſurſum mouentes*, quique affectato modo incedentes, magna ſpirant.

201. Οἱ δὲ) *Qui pedibus et cruribus inuerſis ambulant.* Forte propterea hos femininos appellat, quia haec figura ad Veneris exercitium apta eſt. In deſcriptione cinaedi idcirco vox γονύκροτος adhibetur ſupra p. 51.

202. Οἱ δὲ τοῖς σώμασι) *Qui vero corporibus ſe circumtorquentes* etc. Ex his geſtibus actioni alicui convenientibus recte ad propenſionem in eiuſmodi actionem colligimus, et ſic, animum huc vel illuc inclinat adulator, quomodo ipſi videtur proficuum, fricat ſe potiſſimum in fronte, vt conſilia ſibi animus ſuggerat accommodata ſuae conditioni, atque in varias formas chamaeleontis ſe transmutat more.

203. Οἱ εὐκινήτους etc.) Follin. pr. 40. p. 62. red-

ἁρπαστικοί· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ἱέρακας. 204 Οἱ σκαρδαμύκται, δειλοί· ὅτι ἐν τοῖς ὄμμασι 205 πρῶτα τρέπονται· 206 Οἱ κατιλλαντιωρίαν τε, καὶ οἷς τὸ

acuti, rapaces: referuntur ad accipitres. Qui palpebrizant, timidi: quia in oculis prima mouentur. (*Qui demiſſum adſpectum: et

dit: *Qui oculos habent volubiles, ingenioſi atque rapaces.* Plures ſunt cauſae volubilitatis oculorum, vel enim illa oritur a robuſta facultate animali mouente, vel ab humore vnctuoſo, quo lubrici redduntur, vel a mobilitate muſculorum plurium, quibus oculus praeditus eſt, vel ab imaginatione, quae celeritate praeſtat apud ingenioſos et acutos, qui propter caloris et ſpirituum copiam omnia arripiunt, ac ingenio comprehendunt: vnde ingenium et rapacitas de iis dici poteſt.

204. Οἱ σκαρδαμύκται) Aldus habet σκαρδαμύτται. cf. quae diximus de hac voce p. 39. n. 18. Follin. prop. 41. p. 64. ſic reddit: *Qui frequenter admodum conniuent, timidi, quandoquidem in oculis primum.* Quicumque ſaepe palpebras mouent, *conniuere* dicuntur, ac claudunt oculos, quo ab iniuriis defendatur oculus. Qui autem claudit oculum, timet iniurias; ergo iure timiditatis ſignum in talibus ineſt oculis.

205. Πρῶτα) Leon. et Camot. πρῶτοι: ſed πρῶτα agnoſcit etiam Interpres, *prima mouentur. Sylb.* Aldus quoque habet πρῶτα.

* Haec etiam pars vncinis incluſa, vt Auerroes notat ad marginem, in antiqua deeſt tranſlatione, forteque et ipſa graeco textui eſt addita.

206. Οἱ κατιλλαντιωρίαν) Κατιλλαντωρίαν corruptum videtur e duplici ſcriptura κατιλλαίνοντες, et κατιλλώπτοντες. *Sylb.* Follin. prop. 42. p. 64. vertit: *Qui gratioſe diffuſeque intuentur, ad decentem venuſtatem, atque ad feminarum genus referuntur.* Duplex vero oculi motus diſtinguendus, alter per ſe oculi, alter ob palpebras, quae alterno ac cito motu nunc pupillam aperiunt, nunc claudunt: oculi vero proprium eſt, vt vel deſi-

τὸ ἕτερον βλέφαρον [207] ἐπιβέβηκε τοῖς ὀφθαλμοῖς, κατὰ μέσον τῆς ὄψεως ἑστηκυίας, καὶ οἱ ὑπὸ βλέφαρα τὰ ἄνω τὰς [208] ὀψίας ἀνάγοντες, μαλακόν τε βλέποντες, καὶ οἱ τὰ βλέφαρα ἐπιβεβληκότες, ὅλως τε πάντες οἱ μαλακόν τε καὶ διακεχυμένον βλέποντες, [209] ἀναφέρονται ἐπὶ τὴν ἐπιπρέπειαν καὶ τὰς γυναῖκας. [210] Οἱ τοὺς ὀφθαλμοὺς διὰ συχνοῦ

quibus altera palpebra immittitur in oculis per medium fixi adſpectus: et qui palpebras ſuperiores tarde reducunt, molliterque intuentur: et qui palpebras immittunt: in vniuerſumque omnes, qui molliter diffuſeque ſpectant, referuntur ad apparentem decentiam, et ad feminas.) Qui oculos frequen-

xus et immotus ſpectet, vel huc et illuc voluatur, et modo in hanc, modo in illam reſpiciat partem. Hic poſterior oculi motus eſt efficacia quaedam, quae oculos et animos ex aduerſo proſpicientium penetrat, amoriſque feruidioris eſt indicium. Eiuſmodi oculum Anacr. od. κή. v. 21. βλέμμα ὑγρὸν vocat, quod egregie atque docte V. Cel. Fiſcherus in Obſeruatt. explicat, *oculus paetus, petulanter et laſciue mobilis.*

207. Ἐπιβέβηκε) Leon. et Camot. ἐπιβέβληκε. *Sylb.* Et ſic Aldus quoque.

208. Τὰς ὀψίας) Rectius τὰς ὄψεις, ſeu τὰς κόρας. Interpres hunc aphoriſmum omiſit. *Sylb.* Du Vallius ad marginem notat, eſſe hanc lectionem in quibuſdam exemplaribus.

209. Ἀναφέρονται) Et ſic quoque Aldus legit, Du Vallius vero et vulgg. ἀναφέρεται. Ad ſeqq. verba notat Sylburg. haec: infra mutato commatum ordine legitur, τὰς γυναῖκας, καὶ τὴν ἐπιπρέπειαν.

210. Οἱ τοὺς ὀφθαλμ.) Melius reique conuenientius hunc canonem expreſſit Follin. prop. 43. p. 65. *Qui tarde, hoc eſt, per magna interualla oculos mouent, in eiſque habent albedinis notam, cogitabundi.* *Oculos*

συχνοῦ χρόνου κινοῦντες, ἔχοντές τε βάμμα [211] λευκώματος ἐπὶ τῷ ὀφθαλμῷ, ὡς προσεστηκότας, ἐννοητικοί· ἂν γὰρ πρός τινι ἐννοίᾳ σφόδρα γένηται ἡ ψυχὴ, [212] ἵσταται καὶ ἡ ὄψις.

[213] Οἱ μέγα φωνοῦντες βαρύτονον, ὑβρισταί· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὄνους. [214] Ὅσοι δὲ φωνοῦσιν ἀπὸ βαρέος

ti tempore mouentes, tincturam albuminis in oculo velut immotam habent, intellectiui. Si enim in quopiam intellectio vehementer fiat, in ea ſtat et viſus.

Qui voce admodum magna vociferantur grauiter, iniurioſi: referuntur ad aſinos. Quicumque autem vocant a gra-

fixos, *defixos*, nominare poteris, quippe qui in eodem perſeuerant obtutu. Intenti autem et rigentes fiunt oculi ex palpebra, quum ipſa aperta manet, et ἀτενεῖς ab Ariſt. in hiſt. an. L. I. c. 10. dicuntur. Hanc intentionem contemplatio rei egregiae efficit, et animum notat meditabundum.

211. Λευκώματος) Λευκώματος pro vulgg. λευκόμματος probat etiam Interpr. *tincturam albuminis*. *Sylb.*

212. Ἵσταται καὶ ὄψις) Interpr. *in ea ſtat et viſus*. Auerr. *anima ſtat et viſus*, et ſic videtur interpunxiſſe γένηται, ἡ ψυχὴ ἵσταται κ. ὄ. quae lectio magis arridet, nam anima in rem aliquam, quum cogitamus, intenditur.

213. Οἱ μέγα φωνοῦντες) Auerroes ad marginem habet: *De Voce*. Aldus dat, μεγαφρονοῦντες, vitioſe. De differentiis vocis v. Ariſtot. de gener. anim. L. V. c. 7. Vox intenſa fit ex robore impellentis aeris, et grauis ex lata trachea arteria; dilatatio autem a calore innato oritur, calor autem innatus cauſa petulantiae atque iniuriarum fieri poteſt.

214. Ὅσοι δὲ φ.) Follin. prop. 66. p. 89. ſic reddit: *Qui in principio vocem grauem proferunt, in fine autem acutam, calamitoſi ſunt, atque queruli, referuntur ad boues, et ad vocis venuſta-*

βαρέος ἀρξάμενοι, τελευτῶσι δὲ εἰς ὀξὺ, δυσθυμικοὶ, ὀδυρταί· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς βοῦς, καὶ ἐπὶ τὸ πρέπον τῇ φωνῇ. 215 Ὅσοι δὲ ταῖς φωναῖς ὀξείαις, μαλακαῖς, κεκλασμέναις διαλέγονται, κίναιδοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τὰς γυναῖκας, καὶ ἐπὶ τὴν ἐπιπρέπειαν. 216 Ὅσοι βαρύτονον φωνοῦσι μέγα καὶ

vi incipientes, et finiunt in acutum, iracundi, et lugentes: referuntur ad boues, et ad decentiam vocis. Quicumque autem vocibus acutis, mollibus, ac ruptis loquuntur, cinaedi: referuntur ad mulieres, et ad decentiam. Quicumque grauiter vocant, magnum

tem. Acuta vox fit ex angusta et coarctata trachea, qua parum aeris inspiratur. Grauitas autem signum amplitudinis arteriae et desiderii concitati est. Mixta ergo eiusmodi vox et iracundum, querulum, calamitosumque notat.

215. Ὅσοι δὲ ταῖς φ.) Foll. prop. 67. p. 90. vertit: *Qui acute, blande atque etiam compte sermocinantur cinaedi, ad mulieres referuntur et ad decentem venustatem.* Laeuigata trachea arteria, et aequalis efficit blandam vocem, quae aequalitas et laeuigatio ex temperata cum siccitate fit humiditate, eiusmodi vocem blandam *naturalem* nominare poteris, quae modestiam et venustatem indicat: at vox blanda etiam est *affectata*, qua vtuntur homines mollis animi, et lenociniorum, turpiumque congressuum amici, quae ad hunc canonem pertinet.

216. Ὅσοι βαρύτονον) Βαρύτονον et πεπλεγμένον probat etiam Interpres, sed quum in vulgg. editt. sit βαρύκοινόν Gesnerus in Cane, 224, 38. ex Adamant. II. Κεφ. κθ'. legi posse annotat, ὅσοι βαροὶ καὶ κοῖλον φωνοῦσι, μεγαλόφρονες. Verumtamen quum etiam paulo ante praecedat, οἱ μέγα φωνοῦντες, βαρύτονον, ne bis de eadem vocis differentia videatur agi, haec verba μέγα καὶ πεπλέγμενον, tamquam differentias vocis, relinqui censet, et mox subiici, μεγαλόφρονες, aut simile quid. *Sylb.* Aldus dat quoque, βαρύκοι-

καὶ πεπλεγμένον, ἀναφέρονται ἐπὶ τοὺς εὐρώστους κύνας, καὶ ἐπὶ τὴν ἐπιπρέπειαν. [217] Ὅσοι μαλακὸν ἄτονον φωνοῦσι, πρᾳεῖς· ἀναφέρεται ἐπὶ τὰς [218] οἶς. [219] Ὅσοι δὲ φωνοῦσιν ὀξὺ καὶ εὐ. εκ. αγὸς, μάργοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τὰς αἶγας.

[220] Οἱ μικροὶ ἄγαν, ὀξεῖς· τῆς γὰρ τοῦ αἵματος φορᾶς μικρὸν τόπον κατεχούσης, καὶ αἱ κινήσεις ταχὺ

ac perplexum: reducuntur ad fortes canes, et decentiam. Quicumque molliter ſine contentione vocant, manſueti: referuntur ad oues. Quicumque vocant acute, et fortiter, iracundi: referuntur ad capras.

Parui valde, acuti ſunt, motu (latione) enim ſanguinis paruum locum continente, motiones

νον. Grauitas vero et magnitudo vocis indicium eſt copiae caloris natiui, vnde fortitudo.

217. Ὅσοι μαλακόν) Hic canon de voce *naturali* blanda, de qua n. 215 diximus, accipiendus eſt.

218. Ὀΐς) Rectius forſan, τὰς οἶς, Attice, nam ὄϊς eſt potius Ionicum. *Sylb.*

219. Ὅσοι δὲ φ.) Neque Interpres, neque Follin. ſenſum autoris aſſecuti ſunt. Foll. enim prop. 59. p. 92. reddit: *Qui acutam validamque vocem emittunt, edaces, referuntur ad capras.* At μάργοι non ſunt *edaces*, ſed *veſani*, *petulantes*: acuta ſiquidem vox ex arcta intenſaque arteria emittitur, et fortis ex concitato motu, qui calorem cordis aeque ac vigorem denotant.

220. Οἱ μικροί) Auerroes notat ad marginem: *De paruis corpore et magnis.* Foll. prop. 6. p. 33 breuiter vertit: *Parui corpore, ingenioſi.* Porta, *praecipites*, huiuſque rationem ipſum addere Ariſtotelem ſcribit: *Etenim ſanguinis interna latione, exiguum occupante locum, ſubito motiones perueniunt eo, vbi gignitur cogitatio.* Coarctata enim in toto quaſi corpore eſt anima, magiſque vis innati ſpiritus colligitur, et mem-

ταχὺ ἄγαν ἀφικνοῦνται ἐπὶ τὸ φρονοῦν. 221 Οἱ δὲ ἄγαν μεγάλοι, βραδεῖς· τῆς γὰρ τοῦ αἵματος φορᾶς μέγαν τόπον κατεχούσης, αἱ κινήσεις βραδέως ἀφικνοῦνται ἐπὶ τὸ φρονοῦν. 222 Ὅσοι τῶν μικρῶν ξηραῖς σαρξὶ κεχρημένοι εἰσὶν, ἢ καὶ χρώμασιν, 223 ἢ καὶ διὰ θερμότητα τοῖς σώμασιν ἐπιγίνονται, 224 οὐδὲν ἀποτέλουσιν. Οὔσης γὰρ τῆς φορᾶς ἐν μικρῷ

quoque valde velociter accedunt ad ſapere. Qui autem ſunt valde magni, tardi: motu (latione) enim ſanguinis magnum locum continente, motus tarde accedunt ad ſapere. Quicumque autem paruorum ſiccis carnibus vtuntur, aut et coloribus, aut quae per caliditatem corporibus ſuperfluunt, nihil perficiunt. Exiſtente enim motu in paruo

bra parua penetrat, et ad commune ſenſorium defertur, atque mentem, vt celerius res propoſitas capiat, mouet.

221. Οἱ δὲ ἄγαν etc.) Foll. prop. 7. p. 34. vertit: *Rurſus qui corporis magnitudine ſunt proceroſa, maxime ingenio tardi ſunt.* Nam ſpiritus propter magnitudinem nimiam corporis diſſipantur, atque tarditatem ingenii producunt.

222. Ὅσοι τῶν μικρῶν etc.) Foll. prop. 8. p. 35. vertit: *Qui parua ſunt corporis magnitudine, ac ſiccam ſortiuntur carnem, ingenio tardi ſunt.* Paruitas nimirum corporis, ſiccitas carnis, et colores acres caliditatem ſignificant, qua fit tanta motuum velocitas, omnibus cauſis in eam conſpirantibus, vt ſpiritus per ſtrictos et arctos meatus celeriter ferantur ad imaginationis ſedem, et efficiant, vt tales numquam in eodem maneant iudicio.

223 Ἢ καὶ) Pro poſteriori ἢ καὶ Interpres legit, ἢ ἃ, *aut quae per cal.* alioqui non incommode pro duabus iſtis particulis poſſet ſubſtitui vna, οἷα, *qualia*: ſicut infra idem Interpres legit, χρώμασιν ἃ διὰ ψυχρ. ἐγγ. *aut coloribus, qui propter frigiditatem innaſcuntur. Sylb.* Du Vallius habet ἃ διὰ, et in margine notat MS. lectionem eſſe, ἃ διὰ.

μικρῷ καὶ ταχείας, διὰ τὸ πυρῶδες, οὐδέ ποτε κατὰ ταὐτόν ἐστι τὸ φρονεῖν, ἀλλὰ ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλων, πρὶν τὸ ὑπερέχον περᾶναι. [225] Ὅσοι δὲ τῶν μεγάλων ὑγραῖς σαρξὶ κεχρημένοι, ἢ καὶ χρώμασιν, διὰ ψυχρότητα ἐγγίνονται, οὐδὲν ἐπιτέλουσιν. Οὔσης γὰρ τῆς φορᾶς ἐν μεγάλῳ τόπῳ καὶ βραδείας [226] διὰ τὴν ψυχρότητα, οὐ [227] συνανύει ἀφικνουμένη ἐπὶ τὸ φρονοῦν. [228] Ὅσοι δὲ τῶν μικρῶν ὑγραῖς

et veloci propter igneum, numquam secundum idem est sapere: sed aliud in alio prius quam excedens perficiat. Quicumque magnorum humidis carnibus vtuntur, aut coloribus, qui propter frigiditatem innascuntur, nihil perficiunt: existente enim motu (latione) in magno loco et tardo, per frigiditatem non permittit aliquid accedere ad sapere. Quicumque autem paruo-

224. Οὐδὲν ἀποτέλουσιν) *Nihil perficiunt*, hoc est: ad sapientiam rectamque cognitionem non pertingunt.

225. Ὅσοι δὲ τῶν μ.) Foll. pr. 9. p. 21. sic: *Quicumque ex procerosis humidas carnes sortiuntur, si ob magnam generentur frigiditatem, inutiles prorsus sunt ad actiones.* Vastitas dissipat spiritus, et humiditas frigus inducit, vnde segnities, et tarditas corporis pariter ac animi.

226. Διὰ) In Aldina edit. praep. διὰ deest.

227. Συνανύει) Leonic. post συνανύει addit τι. Sylb. Du Vallius quoque addit τι sed vncinis inclusum. In Aldina vero deest.

228. Ὅσοι δὲ τῶν μ.) Foll. pr. 10. p. 26. interpretatur hunc in modum: *Quicumque ex paruis humidam carnem sortiuntur, quamuis ob frigiditatem corporis ipsis accidat, valde operosi sunt.* Notandum Follin. nullo in loco, vbi χρώμασι legitur, hanc vocem reddidisse, quum potissimum hoc in loco vv. χρώμασι διὰ ψυχρότητα indigeant explicatione, ego verto: *coloribus hebetibus, ac frigiditatem indicantibus.* Deinde γίνονται ἐπιτελεστικοί, minus recte, *valde operosi sunt*, ne-

ὑγραῖς σαρξὶ κεχρημένοι εἰσὶ, καὶ [229] χρώμασι διὰ ψυχρότητα, γίνονται ἐπιτελεστικοί· οὔσης γὰρ τῆς κινήσεως ἐν μικρῷ, τὸ δυσκίνητον τῆς [230] κράσεως συμμετρίαν παρέσχε τὸ πρῶτον ἐπιτελεῖν. [231] Ὅσοι δὲ τῶν μεγάλων ξηραῖς σαρξὶ κεχρημένοι εἰσὶ καὶ [232] χρώμασι, διὰ θερμότητα γίνονται ἐπιτελεστικοὶ καὶ [233] αἰσθητικοί. Τὴν γὰρ τοῦ μεγέθους [234] ὑπερβολὴν;

rum humidis carnibus vtuntur, et coloribus propter frigiditatem, fiunt perfectiui. Existente enim motu in paruo, difficulter mobile complexionis commensurationem praebuit primum perficere. Quicumque autem magnorum duris carnibus vtuntur, et coloribus per caliditatem, fiunt perfectiui, et sensitiui: magnitudinis enim superabundan-

que Interpres assequitur Aristotelis mentem, *fiunt perfectiui*; potius sensus est: *recte se habent ad motus mentis et ad cognitionem.* Nam velocitas motus ex paruo corpore a contraria humiditate et frigiditate temperatur, atque ita adaptatur, vt mentis operationibus et cognitioni se plane dedat talis homo.

229. Χρώμασι) Du Vallius mauult, χρώμασιν, ἃ διὰ ψυχρότητα γίνονται, ἐπιτ. vt supra.

230. Κράσεως) Interpr. vertit *complexionis*, Auerroes, *temperamenti.*

231. Ὅσοι δὲ τῶν μεγ.) Follin. prop. 11. p. 76. reddit: *Quicumque vero ex magnis, squalida carne sunt praediti, a calore producta, operosi homines, sensuumque acumine valent.* Verum enim vero ξηραὶ σαρκὸς non sunt *squalidae carnes*, sed *exsiccatae, adustae*, et verba χρώμασι διὰ κ. τ. λ. verto: *et coloribus acribus caliditatem significantibus, hi recte se habent ad motus mentis, et ad sapientiam.* Hac ratione iusta mediocritas consequitur tarditate ex alto corpore proficiscente, per siccas carnes coloresque acres temperata.

232. Χρώμασι) Aldus dat χρήμασι vitiose. Du Vallius monet et hic scribendum χρώμασιν, ἃ διὰ θερμότητα γίνονται ἐπ.

233. Αἰσθητικοὶ) Post

βολὴν, σαρκῶν τε καὶ χρώματος, ἡ θερμότης ἠκέσατο· ὥς τε [235] σύμμετρον εἶναι πρὸς τὸ ἐπιτελεῖν. Τὰ μὲν οὖν μεγέθεσιν ὑπερβάλλοντα τῶν σωμάτων, ἢ σμικρότησιν ἐλλείποντα, ὡς τύχοντα, ἐπιτελεστικά ἐστι, καὶ ὡς ἀτελῆ, εἴρηται. Ἡ δὲ τούτων μέση φύσις πρὸς τὰς αἰσθήσεις κρατίστη καὶ τελεστικωτάτη, οἷς ἂν ἐπιθῆται. Αἱ γὰρ κινήσεις [236] οὐ διὰ πολλοῦ οὖσαι, ῥᾳδίως ἀφικνοῦνται

[237] πρὸς

tiam (excessum), et carnium, et coloris, caliditas acquisiuit: quare commensuratum esse ad perficiendum. Excedentia igitur corporum magnitudinibus, aut paruitudinibus deficientia, quomodo perfecta sunt, et quomodo imperfecta, dictum est. Media autem natura horum ad sensus optima et perfectissima, quibus vtique supponitur inesse. Motus enim non multi existentes facilius ad mentem accedunt, nec

αἰσθητικοί in Camot. edit. repetitur aetiologia supra addita, οὔσης γὰρ κ. τ. λ. parum conuenienter. *Sylb.* Aldus sic eam inseruit: οὔσης γὰρ τῆς τε φορᾶς ἐν μεγάλῳ τόπῳ καὶ βραδείας διὰ τὴν ψυχρότητα, οὐ συναίνει τι ἀφικνουμένη ἐπὶ τὸ φρονοῦν. Ὅσοι δὲ ἐπὶ τῶν μεγάλων ξηραῖς σαρξὶ κεχρημένοι εἰσὶ, καὶ χρώμασι διὰ θερμότητα, γίνονται ἐπιτελεστικοὶ καὶ αἰσθητικοί. Interpres quoque habet: *Existente enim latione in loco magna et tarda propter frigiditatem, nihil conducet accedens ad sapere. Qui vero magni duris carnibus vtuntur, et coloribus propter caliditatem, sunt perfectiui et sensitiui.* Resecandum hunc locum tamquam spurium, et interpolatum a librario vel a sciolo, existimauimus, quamquam et Auerroes habeat. Neque in Sylburgii, neque Du Vallii editione exstat.

234. Ὑπερβολὴ) Interpr. *superabundantiam.* Auerr. *excessum.*

235. Σύμμετρον) Interpr. *commensuratum:* Auerr. *commensurata sit*, refert enim ad magnitudinis vocem.

236. Οὐ διὰ πολλοῦ) Intp. legit, οὐ πολλαὶ οὖσαι, *non multi existentes. Sylb.* Du Vallius etiam improbat Interpretis lectionem.

[237] πρὸς τὸν νοῦν. Οὖσαί τε οὐ κατὰ μικρὸν, [238] ὑπερχωροῦσιν. Ὥς τε τὸν τελεώτατον πρὸς τὸ ἐπιτελεῖν τε ἃ ἂν προθῆται, καὶ αἰσθάνεσθαι μέλλοντα, μέτριον δεῖ εἶναι τὸ μέγεθος.

[239] Οἱ ἀσύμμετροι, πανοῦργοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ πάθος, καὶ τὸ θῆλυ. Εἰ γὰρ οἱ ἀσύμμετροι, πανοῦργοι, οἱ σύμμετροι δίκαιοι ἂν εἴησαν, καὶ ἀνδρεῖοι. Τὴν δὲ τῆς συμμετρίας ἀναφορὰν, πρὸς [240] τὴν τῶν σωμάτων εὐαγωγίαν καὶ εὐφυΐαν [241] ἀνοιςέον, ἀλλ' οὐ πρὸς τὴν τοῦ ἄῤῥενος ἰδέαν, ὥς περ ἐν ἀρχῇ διῃρέθη. Καλῶς δ' ἔχει καὶ πάντα τὰ σημεῖα,

enim paulatim exiſtentes procedunt: quare perfectiſſimam, et ad perficiendum quae fuerint propoſita, et ad ſentiendum, oportet moderatam eſſe magnitudinem.

Incommenſurati, aſtuti, vel doloſi, referuntur ad paſſionem, et ad feminam. Si enim incommenſurati ſunt, aſtuti ſunt, commenſurati vtique erunt ſimul et iuſti, et fortes. Relationem autem commenſurationis ad corporum bonam motionem, et bonam natiuitatem reducere oportet, ſed non ad formam maris, ſicut in principio dictum eſt. Bene ſe habet au-

237. Πρὸς τὸν νοῦν) *Ad mentem*, id eſt, ad ingenium et promtitudinem actionum.

238. Ὑποχωροῦσιν) Interp. legit: προχωροῦσι: *nec etiam paullatim exiſtentes procedunt. Sylb.*

239. Οἱ ἀσύμμετροι) Malim, οἱ δὲ οἱ ἀσύμμετροι. *Sylb.* Auerroes habet ad marginem: *De commenſuratis et incommenſuratis.*

240. Τὴν τῶν σωμάτων εὐαγωγίαν καὶ εὐφυΐαν) *Corporis dexteritatem, bonamque mobilitatem, et generationem bonam.* Dexteritas motionum nimirum *ſignum*, et generatio bona *cauſa* eſt.

241. Ἀνοιςέον) Aldus αἰνιςέον, vitioſe.

μεῖα, ὅσα προείρηται, ἀναφέρειν ἐπὶ τὴν ἐπιπρέπειαν, καὶ εἰς ἄῤῥεν, καὶ εἰς θῆλυ. Ταῦτα γὰρ τελεωτάτην διαίρεσιν διῄρηται, καὶ ἐδείχθη ἄῤῥεν θήλεος δικαιότερον, καὶ ἀνδρειότερον, καὶ ὅλως εἰπεῖν, ἄμεινον. Ἐν ἁπάσῃ δὲ τῇ τῶν σημείων ἐκλογῇ, ἕτερα ἑτέρων σημεῖα μᾶλλον δηλοῦσιν ἐναργῶς τὸ ὑποκείμενον. Ἐναργέστερα δὲ τὰ ἐν ἐπικαιροτάτοις τόποις ἐγγινόμενα. Ἐπικαιρότατος δὲ τόπος, ὁ περὶ τὰ ὄμματά τε καὶ τὸ μετώπον, καὶ κεφαλὴν καὶ πρόσωπον· δεύτερος δὲ, ὁ περὶ τὰ στήθη καὶ ὤμους· ἔπειτα, περὶ τὰ σκέλη τε καὶ τὰς πόδας· τὰ δὲ περὶ τὴν κοιλίαν, ἥκιστα. Ὅλως δὲ εἰπεῖν, οὗτοι οἱ τόποι ἐναργέστατα σημεῖα παρέχονται, ἐφ' ὧν καὶ φρονήσεως πλείστης ἐπιπρέπεια γίνεται.

tem et omnia ſigna, quaecumque praedicta ſunt, referre ad apparentem conuenientiam, et in maſculum et feminam. Haec enim perfectiſſima diuiſione diuiſa ſunt, et demonſtratum eſt, quod maſculus eſt femina iuſtior, et fortior, et, vniuerſaliter dicere, melior. In omni autem electione ſignorum, alia aliis ſignis magis declarant manifeſte ſubiectum. Manifeſtiſſima autem, quae in principalibus locis fiunt. Principaliſſimus autem locus eſt, qui circa oculos, et frontem, et caput, et faciem. Secundus autem, qui eſt circa pectus, et ſcapulas. Conſequenter circa crura, et pedes: qui autem circa ventrem, minimus. Omnino autem, vt ſic dicam, iſta loca manifeſtiſſima ſigna praebent, in quibus et ſapientiae plurimae decor apparet.



II POLE-

II

POLEMONIS

PHYSIOGNOMONICON

GRAECE ET LATINE.

ΠΟΛΕΜΩΝΟΣ
ΦΥΣΙΟΓΝΩΜΟΝΙΚΩΝ
ΤΟ Α.

α. Εἴπερ τι ἄλλο, καὶ τὸ Φυσιογνωμονεῖν ἐστι καὶ πολλὰ καὶ μεγάλα τοὺς μαθόντας ὠφελοῦν. Οὔτε

γὰρ

POLEMONIS
PHYSIOGNOMONICON
LIB. I.

I. Si quid aliud vtilitatem affert, certe physiognomoniae ſtudium multis magniſque com-

L 5

I. Φυσιογν.) Poſt Ariſtotelis Phyſiognomonica ceteros quoque Phyſiognomonicorum ſcriptores viſum eſt ſubiicere; multa enim quae ab Ariſtotele breuius, vel obſcurius dicta ſunt, ab iſtis prolixius et dilucidius traduntur: non pauca ab iisdem adduntur, quae ab Ariſtotele ſunt omiſſa. Quoniam ergo nulla fere ſuperiorum editionum reperiuntur exemplaria, ne conferendi deeſſet occaſio, hic eis locum tribuendum eſſe cenſui, praeſertim quum hac ratione ad iuſtam magnitudinem perduci poſſe videretur. Porro, vt inſtitutum proſequar, Polemonis vnum tantummodo exemplar habui, Romanum ſcilicet: idque pleriſque in locus ita corruptum, vt verae lectionis veſtigia pene prorſus ſint obliterata, nec aliunde quam ex Ariſtotele, Adamantio et veriſimilibus coniecturis, recta ſcriptura poſſit erui. In multis etiam dictio adeo eſt impura, vt non Polemonis Athenienſis, ſed hominis ſemibarbari eſſe videatur. In nonnullis tamen Adamantii exemplaribus eſt integrior: quae potiſſima cauſa fuit, cur eum librum in hoc contubernium receperim, nec ob foedas maculas plane reiecerim. *Sylb.* Emendatiorem ſane Sylburgii cura habemus Polemonem, ſed

γὰρ [2] παρακαταθήκην δαίη τις ἂν, οὔτε γαμετὴν ἑαυτοῦ πιστεύσειεν, [3] ἢ δι' ὅλου ἤ τι κειμήλιον, οὐδεμὴν φιλίας τινὸς κοινωνήσειέ τινι, εἰ ἀσελγείας, ἢ ἀπιστίας, ἢ ἄλλης κακουργίας σημεῖον φέροιτο. Πάντων [4] (γὰρ) ὡς ἔπος εἰπεῖν ἀνθρώπων, [5] ὥς περ εἴ τινος πεταπαίτου, ἢ θεοπετάστου, καὶ ὀξυτάτης μαντίας, τῶν συγγνωριζομένων ἔθος τε καὶ [6] βίου πρό-

modis discentes afficit. Neque enim aliquis vel depositum committet cuidam, neque eius fidei vxorem suam tradet, vel omnino thesaurum, neque cum eiusmodi homine arcto amicitiae vinculo se iunget, si intemperantiae, aut malae fidei, aut alius prauitatis notam is prae se ferat. Omnibus enim, vt breuiter complectar, hominibus, qui tamquam aliquo praesagio non reprehendendo, diuinitus dato, atque perquam subitaneo, simul mores et insti-

tamen multis adhuc in locis laborare videtur, quae vitia vix possunt absque codicibus manu exaratis emendari.

2. Παρακαταθήκην) *Depositum*, *fideicommissum*, et sic Gloss. vett.

3. Ἢ δι' ὅλου) Rectius ἢ δι' ὅλου κειμήλιον: vt etiam Nicol. Petreius vertit, *vel omnino thesaurum*. Adamantius I. Κεφ. ά. οὔτε τι κειμήλιον, quoque habet. *Sylb.* Vulgatam ed. Rom. tuetur.

4. Γὰρ) Inclusa γὰρ ex Adamantio l. l. addita est. *Sylb.* Deest in Rom. ed.

5. Ὡς περ etc.) Legendum opinor: ὥς περ ἔκ τινος ἀπταίστου, ἢ θεοπέμπτου, καὶ ὀξυτάτης μαντείας. *Sylb.* Felici sane coniectura restitutus est locus a Sylburgio, nam πεταπαίτου est vox nihili: forte πεδανοῦ quoque legi posset, *firmo*, *certo*, vt interpretatur Hesychius.

6. Βίου πρόθεσιν) *Instituta vitae*, haec duo inuoluunt et culturam, et vitae genus, quae mutant homines, sic Hor. Ep. L. I. ep. 1. v. 39. *Nemo adeo ferus est, vt non mitescere possit. Si modo culturae patientem commodat*

πρόθεσιν, διὰ τούτων δεικνύντων, [7] ὡς φυσιογνωμονηθήσεται μὲν, τὰς τῶν χρηστῶν τελείας αἱρεῖσθαι, τὰς δὲ τῶν πονηρῶν κακίας φυλαττέσθαι ὑποτομαῖς ἐν τοῖς μεγίστοις ἡ τῶν μεγίστων ἐπίσκεψις, ἢ ὠφελεῖν εἴωθε τοὺς εἰδότας, δῆλον ὡς πάσῃ σπουδῇ τὴν τύχην εἰσμανθάνειν προσήκει. Καὶ τὰ μὲν [8] ἐπὶ τοσοῦτον προειρήσθω, τῷ γνωμονεῖν. Καὶ χρὴ οὕτως [9] ἐν ταῖς ἡλικίαις, καὶ [10] τοῖς γένεσι τῶν

tuta vitae cognouerunt, per haec demonstrantibus physiognomonem esse peritum, quomodo proborum amicitiam praeferre, et malorum astutias, antequam periculosae fiant, cauere teneamur. Quare, qui haec probe perspiciunt, in maximis rebus ex magnorum consideratione vtilitatem capere consueuerunt Itaque fit manifestum, maxime conuenire, vt omni studio ac opera hanc perfecte addiscamus artem. Et haec quidem de tali praemonita sunto. Oportet autem sic physiognomoniam tractare respectu aetatum, et ipsarum

aurem. Et de vitae genere canit v.45.sqq *Impiger extremos curris mercator ad Indos Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes.*

7. Ὡς φυσιογν.) Legendum opinor: ὁ φυσιογνώμων ἐπίσταται· ὡς τὰς μὲν τῶν χρηστῶν φιλίας αἱρεῖσθαι, τὰς δὲ τῶν πονηρῶν κακίας πρὸ πεῖρας φυλάττεσθαι. Ἐπειδήπερ οὖν ἐν τοῖς μεγίστοις ἡ τῶν μεγίστων ἐπίσκεψις, ὠφελεῖν εἴωθε τοὺς εἰδότας, δῆλον ὡς πάσῃ σπουδῇ τὴν τέχνην ἐκμανθάνειν προσήκει. *Sylb.*

8. Ἐπὶ τοσ.) Legendum: ἐπὶ τοσοῦτον προειρήσθω· φυσιογνωμονεῖν δὲ χρὴ οὕτ. *Sylb.*

9. Ἐν ταῖς ἡλ.) *Respectu aetatum.* De aetatum moribus belle Horat. de arte poetica v. 156. sqq. et Aristot. Rhetor. L. II. c. 12. 13.

10. Τοῖς γένεσι) *Et nationum.* Clima, situs, soli differentia, ventus etc. mores mutant v. Vitruu. L. VI.

τῶν ἀνθρώπων, ἔστι γὰρ πολλῶν εἴδη ἐπιχώρια ἄλλα ἄλλοις, τὸ μέν τοι κατὰ γένος οὐ μέγα σημεῖον, ἀλλ᾽ οὐδὲ τὸ ἐπιχώριον· τὸ δέ παρὰ ἡλικίαν, καὶ ἀλλόφυλον τινὶ προσὸν, τοῦτο δὴ πλεῖον συμβάλλεται σημεῖον. Ἐν δὲ τοῖς κατὰ φύσιν οὖσιν [11] ἑκάστῳ εἰδέσθαι διαφόροις, [12] τὰ πολλὰ τῶν σημείων λελέξεται. Ἔστι δὲ καὶ κατὰ γένη ἀνθρώπων φυσιογνωμονία. Πολλὰ γὰρ ἐπίκοινα σημεῖα, [13] καὶ ἔθος ἑκάστου, καὶ πολλὰ ἑκάστου εἰπεῖν σημεῖα ῥαδίως,

nationum, in quas homines diuiſi ſunt. Multis enim formae ſunt indigenae, aliae aliis, et ſecundum genus quidem haud magnum exiſtit ſignum, ſed neque indigenum. Quod vero et propter aetatem et propter exterae nationis mores cuidam ineſt, hoc magis ſignum ad coniectandum aptum eſt. In differentiis vero, quae vnicuique formae ſecundum naturam inſunt, multa ſimul ſunt eligenda ac componenda. Datur vero etiam phyſiognomonia, quae verſatur circa nationum indolem, multa nimirum in vnaquaque gente communia reperiuntur ſigna, et multa facilius dicenda ſunt vniuſcuiuſque ſigna,

c. 1. Strabo, L. IX. ab initio, Ariſt. ſect. XIV. prob. 15. Hippocr. de aere, aq. et loc. p. 65. 71. ſqq.

11. Ἑκάστῳ εἰδέσθαι) Fortaſſe legendum ἑκάστῳ εἴδει. *Sylb.*

12. Τὰ πολλὰ) *Multa ſimul ſigna ſunt eligenda ac componenda.* Quo plura enim coniungimus ſigna, eo maior naſcitur certitudo.

13. Καὶ ἔθος ἑκ) Neſcio an rectius, κατὰ ἔθνος ἕκαστον. *Sylb.* Altera quidem lectio ferri quoque poteſt, praeſtat vero Sylburgii ob antecedens κατὰ γένη.

ῥαδίως, καὶ οὐκ εἰς τῶν κατὰ ἄνδρας σημείων ἐπίγνωσιν· καὶ τάδε εἰρήσεται. Ὅτι γὰρ ἑνὶ ἑκάστῳ σημεῖον ἕκαστον δύναται, τοῦτο καὶ τοῖς πλείοσι τὸ αὐτὸ δύναται. [14] Τῶν ἐθῶν δὲ, τὰ μὴ ἐπίκοινα σημεῖα, ἐξ ὧν τὸ γένος ἀπὸ Φυσιογνωμονιῶν, οὐ μόνον καὶ [15] Αἰθίοψιν, ἀλλὰ καὶ Σκύθαις, καὶ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις κατὰ γένη, ὡς καὶ ἐν ὑστέρῳ λεχθήσεται. [16] Ἰδίᾳ δὲ ἀνδρὶ ἑκάστῳ μεγάλα τὰ διάφορα

quae non ad cognitionem ſignorum circa viros ſpectant, de quibus iam dicemus. Quoniam autem in vnoquoque idem ſignum praeſtat hoc, illud quoque neceſſario idem praeſtabit in pluribus. Nationum quoque ſunt ſigna communia, ex quibus totius gentis phyſiognomonia deducitur, et non Aethiopum ſolum, et Scytharum, ſed aliorum quoque hominum ſecundum nationes, provti in ſequentibus dicemus. Apud vnumquemque autem virum ſigillatim magna eſt

14. Τῶν ἐθῶν etc.) Rectius ex Adamant. I. Κεφ. ά. τῶν ἐθνῶν δὲ, τὰ μὲν ἐπίκοινα σημεῖα, ἐξ ὧν τὸ γένος ἅπαν φυσιογνωμονεῖται, οὐ μόνον δὲ Αἰθ. κ. τ. λ. *Sylb.*

15. Αἰθιόψιν κ. κ.) De hoc modo argumentandi iam Ariſtot. ſupra p. 10. vide quae diximus ibi nota 25. et p. 138. n. 146. Mores autem diuerſarum nationum deſcripſit Vitruuius l. l. Noſtris quoque temporibus haec quoque vim ſuam obtinet obſeruatio, quum diverſitas nationum et morum diuerſitatem, teſte experientia, producit.

16. Ἰδίᾳ δὲ etc.) *Apud vnumquemque* etc. Autor innuit his verbis viris eſſe propria ſigna, ſed etiam alia, quae differentiam efficiant. De propriis, quae virili aetati qua tali conueniunt, fuſius egit Ariſtot. Rhet. L. II. c. 14. Differentiam tamen haud exiguam inducunt, temperamentum

διάφορα τῶν σημείων. Καὶ γὰρ ἔγνωκε μᾶλλον κατὰ ἄνδρα [17] ἴδιον διαφέρειν, ἢ κοινῶς κατὰ ἔθνος. [18] Οὗ τὸ κατὰ ἄνδρα φυσιογνωμονεῖν ἀκρεφνέστερον καὶ ἀτρεκέστατον σημεῖον, αἱροῦν τὰ μέγιστα δοκιμώτατα, καὶ ἄλλοις ἄλλο μᾶλλον ἐπείσθη, ἀλλὰ μᾶλλον δυνάμει προέχει. Μέγιστον δέ καὶ ἡ ἐκ τῶν σημείων μίξις τὸ διάφορον ἀπεργάζεται ἐν τῇ τέχνῃ. Τὰ γὰρ πάλαι ἤθη καὶ

ſignorum differentia. Perſpicitur autem proprium viri magis differre, quam quod communiter nationis eſt. Cuius quidem viri phyſiognomoniae ſignum euidentiſſimum et certiſſimum eſt, quod maxima et ſatis probata tollit; et quamquam vni prae altero magis ſit fidendum, tamen huic maior vis tribuenda. In arte autem ipſa maximam differentiam mixtio ſignorum efficit. Antegreſſi ſiquidem

peculiare perſonae, diſciplina, vitae genus, aliaeque res, et ea omnia probe ſunt reſpicienda; ne in iudicio ferendo noſmetipſos decipiamus.

17. Ἴδιον διαφέρειν) Adam. L. I. c. 1. ἰδίᾳ διαφ. *Sylb.* Quae lectio vera eſſe videtur propter ſequens κοινῶς.

18. Οὗ τὸ κ. ἄ.) Adam. l. l. ſic: οὕτω τὸ κατ' ἄνδρα φυσιογνωμονεῖν, ἀκραιφνέστατον καὶ ἀτρεκέστατον. (ſeu ἀκριβέστατον καὶ ἐντρεχέστατον) Τῶν δὲ σημείων αἱροῦ τὰ μέγαλα καὶ δοκιμώτατα. καὶ ἄλλοις ἄλλων μᾶλλον πείθου. Ἀλλὰ γὰρ ἄλλων δυνάμει προέχει. Μέγιστον δὲ ἡ τῶν σημείων μίξις τὸ δ. ἀπ. *Sylb.* Itaque ſenſus multo planior fit hac ratione: *Sic id quod ad viri phyſiognomoniam ſpectat, praebet euidentiſſimum et certiſſimum ſignum. (Siue maxime accuratum et conuenientiſſimum) Ex ſignis vero elige maxima et probabiliſſima, et quibusdam prae aliis confide. Nam quaedam virtute alios praeeunt. Maximum vero conſtituit mixtio ſignorum, etc.*

καὶ [19] βουλεύματα τῶν ἀνθρώπων ἐκ τῆς μίξεως τῶν σημείων κατανοεῖται. Συμβαίνει δὲ καὶ [20] μετάστασιν γενέσθαι τισὶ τοῦ εἴδους, [21] περὶ τὸ καθεστηκὸς χαίρουσιν, ἢ λυπουμένοις, ἢ θυμωθεῖσιν, ἢ φοβεμένοις, ἢ ἐπὶ νηστείᾳ, ἢ ἐπὶ πλησμονῇ, ἤ τινι ἐπιθυμίᾳ· ἢ σκεπτομένοις, ἢ ὁρῶσιν, ἢ ἀκούουσιν. Καὶ πᾶν μὲν ἐν ταῖς τοιαύταις [22] συντυχίαις, οὐ τρέπεται τὸ εἶδος, [23] ἀλλὰ δὲ ἀκίνητον μένει τῶν σημείων. [24] Ὁπόσον δὲ καὶ μεθίσταται, οὐκ ἴσον πᾶσι

mores ac propenſiones hominum ex ſignorum perſpiciuntur mixtione. Contingit vero etiam, vt in quibuſdam formae fiat mutatio ſi propter ea quae eueniunt, vel laetantur, aut contriſtantur, aut ſi ſunt animo conſtanti, aut timent, aut ſi ieiuni, aut ſaturi ſunt, aut alia quadam cupiditate tenentur, aut contemplantur aliquid, aut vident, aut audiunt. Quaecumque autem hoc modo accidunt, formam ipſam non peruertunt, ſed ſunt quoque ſigna, quae manent perpetuo. Quodcumque vero mutatur, non ſimilem in omnibus ſubibit

19. Βουλεύματα) *Propenſiones*, dictae mihi videntur ob analogiam, quia, ſicuti conſilia, latent in animo: poſſes etiam vertere, *latentes affectus.*

20. Μετάστασιν) *Mutationem*, poſſet etiam reddi *tranſformatio.* Medici quoque μετάστασιν de morbis dicunt, quum ex parte vna in alteram materia peccans tranſit, atque mutationem facit. Adamantius l. l. habet ἐνστάσεις, *vehementes commotiones.* Vtraque lectio rem bene exprimit.

21. Περὶ τὸ καθ.) Adam. l. l. παρὰ τὸ καθεσ. *Sylb.*

22. Συντυχίαις) *Quae accidunt.* Bene, nam vehementia affectuum non neceſſario ineſt humanae naturae, ſed accedit et iterum tranſit.

23. Ἀλλὰ δὲ ἀκιν.) Adam. l. l. ἀλλὰ καὶ ἔστιν ἃ ἀκίνητα μένει. *Sylb.*

πᾶσι μεταςήσεται, ἀλλὰ τῆς [25] οἰκίας φύσεως ἑκάςῳ ἐγγύς. Χρὴ δὲ ἐννοεῖν ὡς ὁποῖα ἐμπαθῶς ἑκάςῳ σημεῖα ἐπιγίνεται, [26] τὰ αὐτὰ, εἴ τις [27] (ἐν γένει) ἔχει, μάλιςα τὸ πάθος αὐτῷ [28] ἐνίδρυται, ὅ περ ὑπὸ τῶν σημείων δηλοῦται. Οἷον, ἐὰν σημεῖα ἔχῃ ὁποῖα τοῦ βουλευομένου, Φροντιςὴν, καὶ εὔβουλον τοῦτον λέγε. Ἕτερος ἐὰν ἔχῃ σημεῖα τοῦ δόλον, ἢ ἀπάτην τινὰ τυρεύοντος, [29] καὶ μὴ παρὼν ἐςι, καινὸν αὐτὸν ὁρᾶς δόλον, ὅτι ἀρτύνει τινὶ, τοῦτον ἀπο-

mutationem, ſed eam potiſſimum, quae vniuscuiuſque propriae naturae proxime accedit. Oportet tamen probe conſiderare, quomodo quaecumque ſigna vnicuique in affectu contingant, ipſa enim, ſi quis a natura et ortu habet, maxime affectum illum ipſi ineſſe docent, qui per haec indicatur ſigna; qualia ſunt, ſi quis habet ſigna, quae conueniunt prudenti ac deliberanti, eum quoque prudentem ac probum conſultatorem dices. Alius vero, qui prae ſe fert ſigna machinantis dolum aut fraudem aliquem, etſi, eo tempore, quo ipſum conſpicere tibi licet, non adaptet alicui dolum, tibi tamen apparebit

24. Ὁπόσον) Adam. l. l. Ὁπόσα δὲ κ. τ. λ. *Sylb.*

25. Οἰκίας φύσεως) *Propriae naturae.* Mihi videtur his vocibus ἰδιοσυγκρασία denotari.

26. Τὰ αὐτὰ) Adam. l. l. τοιαῦτα habet. *Sylb*

27. Ἐν γένει) Haec verba abſunt ab eodem Adamantio. *Sylb.*

28. Ἐνίδρυται) *Ineſſe docent*; et quidem ita, vt firmus quaſi ſit, et infixus.

29. Καὶ μὴ παρὼν ἐςι,) Ex Adamant. l. l. κἂν μὴ, παρ᾽ ὃν καιρὸν αὐτὸν ὁρᾷς, δόλον τότε ἀρτύνῃ τινι. *Sylb.* Emendatio illa euidentiam maximam autoris conciliat verbis.

ἀποφαίνου δολερόν. Τὸν αὐτὸν τρόπον, καὶ ἀθυμουμένου τὶς ἔχων σημεῖα, κἂν μηδεμιᾷ τότε [30] συνέλθῃ ὀργῇ, ὀργίλον αὐτὸν νομίζε. Καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων παθῶν παραφυλάξεις ὁμοίως. Ὁπόσοις γε μὴν γυναικεῖον εἶδος ἐπιπρέπει, ἔν τε τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ τοῖς ἄλλοις, τὰ μὲν εἰς [31] ἡδυπάθειαν, καὶ ἀφροδίτην εἰσὶ γυναικεῖοι, τολμηροὶ δὲ καὶ ἀναιδεῖς, καὶ πανουργίαις καὶ ἀπιστίαις καὶ ἀπάταις χαίροντες. Καὶ γὰρ ταῦτα γυναικεῖα. Οἱ

δὲ

dolosus Ita se quoque res habet cum eo, qui signa habet meticulosi, cui si occasio desit vt incitetur ad iram, eum iracundum censebis. In aliis quoque affectionibus hoc aeque obseruabis. Quicumque autem forma muliebri sunt condecorati, et in oculis, et in aliis partibus, quum muliebres sint proni ad voluptates resque venereas, existimabis eos audaces, et impudentes, et gaudentes malis artibus, diffidentiis et dolis: haec enim omnia in muliebres cadunt. Qui ve-

30. Συνέλθῃ ὀργῇ.) Rectius συνέχηται ὀργῇ. *Sylb.*

31. Ἡδυπάθειαν) *proni ad voluptates*, siue potius ad delicias, oblectationesque, ad vitam mollem, delicatam, otiosam, sic enim describit Xenoph. in Cyrip. c. 7. τὸ δ᾽ ἀπόνως βιοτεύειν, ἡδυπάθειαν. Aristot. vero Eudem. L. I. c. 4. tria genera vitae dicit esse, τρεῖς ὁρῶμεν καὶ βίους ὄντας - πολιτικὸν, φιλόσοφον, ἀπολαυστικόν. Ciuile vitae genus ex eius sententia versatur circa actiones honestas, quae a virtute proficiscuntur, philosophicum circa prudentiam, veritatisque contemplationem, et voluptuarium corporis voluptates expetit, conuiuia, spectacula, choreas, concentus musicos, ludos etc.

32. Γηραιοῦ) Conuenientius plurium num., γηραιῶν: vel γηραιὸν, ex eodem Adam.

δὲ νέοι ὄντες, εἶδός τε ἔχοντες [32] γηραιοῦ, οὗτοι δειλοὶ, καὶ δύσκολοι, καὶ ὑπόπται, καὶ φειδωλοὶ, καὶ εὐλαβεῖς, καὶ ἄβουλοι· [33] καὶ ὀρέγονται τοῦ ποιοῦνται, ἄλλο τε δὲ ὑπὸ φόβου οὐ κινοῦσιν.

β. ΠΕΡΙ ΚΕΦΑΛΗΣ.

[1] Κεφαλὴ μικρὰ πάνυ, ἀναίσθητον ἄνδρα κατηγορεῖ καὶ ἀσύνετον. Κεφαλὴ μείζων τοῦ συμμέτρου,

rò iuuenes ſunt, et formam ſenilem prae ſe ferunt, hi quidem ſunt timidi, et moroſi, et ſuſpicioſi, et parci, et circumſpecti, et conſilii inopes, et ad agendum mouentur, alias vero a timore non mouentur.

II. *De capite.*

Caput admodum paruum ſtupidum virum ac imprudentem arguit. Caput minus quam apta

l. 1. *Sylb.* Quidam autem iuuenes ſenilem formam nanciſcuntur; vel ob atrae bilis refrigerium, quod efficit ſecundum Ariſtot. Probl. XXX. 1. ἀθυμίας παντοδαπὰς, vel ob nimium Veneris exercitium, καὶ μετὰ τὰ ἀφροδίσια οἱ πλεῖστοι ἀθυμότεροι γίνονται. Frequens enim concubitus ex Celſo L. I. c. 1. *corpus ſoluit*, cutem emaciat, et tempeſtiuam prouocat ſenectam.

33 Καὶ ὀρ) Adamant. I. Κεφ. β'. καὶ ποτὲ μὲν ὀρέγονται, κ. τ. λ. *Sylb.*

1. Κεφαλὴ μ.) Vide ſupra Ariſtot. p. 136. n. 140. In vniuerſum notandum Gal. de vſu part. L. IX. c. 17. diſtinguere inter *figuram* capitis *naturalem*, quae ſphaerae inſtar eſt, vtrimque ſcilicet a temporibus leuiter depreſſa, et *figuras* non *naturales*, quarum quatuor differentiae 1) quum eminentia anterior periit ſalua poſteriore, 2) quum eminentia poſterior periit ſalua anteriore, 3) quum periit vtraque et 4) quum tempora eminent, depreſſis occipite

μέτρου, [2] εὐαίσθητον μὲν, ἀνδρεῖόν τε, καὶ ἀνελεύθερον ἄνδρα κατηγορεῖ. [3] Κεφαλὴ πάνυ μεγάλη, δυσαίσθητον, καὶ σφόδρα ἀμαθῆ ἄνδρα δηλοῖ. [4] Λοξότης κεφαλῆς, ἀναίδειαν τοῦ ἀνδρὸς κατηγορεῖ. Οἱ πάνυ ὑψηλὰς κεφαλὰς ἔχοντες, αὐθάδεις ἄνδρες. [5] Οἱ τὰ ὄπισθεν τῶν κοίλων ταπεινὰ ἔχοντες, ἄψυχοι ἄνδρες εἰσίν. [6] Ὅσοι δὲ

τὰ

requirit proportio, bonis quidem ſenſibus praeditum, ſed mollem, atque illiberalem arguit virum. Caput valde magnum, ſenſu hebetem, et valde ignarum virum denotat. Obliquitas capitis, viri arguit inuerecundiam. Qui admodum altis ſunt praediti capitibus, inſolentes viros ſignificant. Quibus cauitates poſteriores ſunt depreſſae, viri ſunt inanimoſi.

M 2

et ſincipite. Cf. de arte med. L. III. p. 148. a.

2. Εὐαίσθητον μ.) Vide Adam. II. Κεφ. κβ'. εὐαίσθητον μὲν, ἄνανδρον, δὲ καὶ ἀνελεύθερον. *Sylb.* Ex quo loco haud dubie Polemonis emendanda ſunt verba.

καὶ οἰνοφλυγίας. Εἰ δὲ καὶ σὺν τούτοις τοῖς σημείοις τρόμος ἐνῇ, οὐ μακράν ἐστιν ἐπιληψίας. Εἰ δὲ [60] ὠχροί εἰσιν, ὠμὸν καὶ ἀπάνθρωπον τὸ φρόνημα σημαίνουσι, καὶ [61] δειλόφθονον, καὶ μιαιφόνον. Εἰ [62] ὑπέρυθροι δὲ πέλονται καὶ μεγάλοι, ἄνδρα φιλοπότην, καὶ φιλόκωμον σημαίνουσι, φιλογύναιον, φιλόκυνον, ἄσχημα φθεγγόμενον, [63] κρατὺν, καὶ μάταιον. Ὀφθαλμοὶ κάτω ἐστραμμένοι,

ἢ

autem cum his ſignis coniunctus eſt tremor, non longe abeſt epilepſia. Si vero ſunt pallidi, ſaeui et inhumani animi indicium eſt, et occulte inuidi, ſeque caede contaminantis. Si autem ſupra modum rubri et in ſubfuſcum vergunt, magnique ſunt, notant bibaculum, amicum commiſſationum, amatorem ſexus ſequioris, canum amicum, turpiloquum vehementer et vaniloquum. Oculi verſus in-

60. Ὠχροὶ) *Pallidi*, color ille videlicet arguit inaequalem humorum temperiem, et idcirco affectuum peſſimorum praebet indicium. Ariſtot. ὠχρόμματοι dicuntur p. 146.

61. Δειλόφθονον) Rectius fortaſſe φιλόφονον. *Sylb.*

62. Ὑπέρυθροι) *Supra modum rubri.* Ariſtot. dicit ἐπιφοινίσσουσιν, et iracundiae ſignum eſſe prodit p. 143. ſq. ſed quae huc ſpectant, πυρώδεις appellat p. 146. vide ibi not. 167.

63. Κρατὺν) Verius κράκτην; ſeu κεκράκτην. *Sylb.* Haec emendatio optime huc quadrat, et notat *in loquendo vehementiam*, quum damnat Clem. Alex. Paedag. L. II. c. 7. τό τε γὰρ φθέγμα γεγωνὸς τῆς προφορᾶς, μανιωδέστατον. — Τὸ δὲ αὐθαδείας τεκμήριον. *Elatus enim clamor elatae pronunciationis res eſt inſaniſſima, — et arrogantiae indicium.* Et Quinct. XI. 3. vocem hanc dicit *nonnumquam ebriorum aut comeſſantium licentiae ſimilem*, quae iis propria eſt.

ἢ 64 δεομένοι, τὰ αὐτὰ τοῖς ἄνω ἐστραμμένοις δηλοῦσι, περισσότερον δὲ, ὅτι θυμὸν ἄγριον σημαίνουσι, καὶ ὀργὴν μὴ 65 μαλασσομένην· ἐὰν δὲ ὁ μὲν εἷς ὀφθαλμὸς ἄνω χωρῇ, ὁ δὲ ἕτερος κάτω, καὶ ἔτι 66 τρόμος ἐν αὐτοῖς ἐνῇ, καὶ αἱ ὀφρύες 67 συμμύονται, καὶ τὸ μέσον πλέον τραχὺ, καὶ πυκνὸν ἀναφαῖνον αὐτοὺς, οὗτος ὁ ἀνὴρ εἰς τέλος ἤλασεν ἐπι-

feriora conuerſi, ſiue occidui, ea ipſa notant quae ſurſum ſtantes, magis vero propterea, quia animum inurbanum, et iram non mitigandam denotant. Si autem oculorum alter ſurſum tollitur, alter vero deorſum ſpectat, et in ipſis trepidatio eſt, et ſupercilia conniuent, et medium valde confragoſum et denſum conſpicitur in illis, eiuſmodi vir tan-

64. Δεομένοι) Adam. I. Κεφ. ἑ. δυόμενοι. *Sylb.*

65. Μαλασσομένην) Hoc vocabulum ſatis apte de mitigatione irae dictum, nam eſt vox medica, quae adhibetur de tumoribus emolliendis, ſi indurauerint, per remedia malactica. Irae autem a Sen. L. I. c. 1. de ira, *intumeſcentia*, tribuitur: *foeda*, inquit, *viſu et horrenda facies deprauantium ſe et intumeſcentium.* Et Virg. Aen. VI. v. 467. ſqq. *Talibus Aeneas ardentem, et torua tuentem Lenibat dictis.*

66. Τρόμος) *Trepidatio et tremor oculorum* fit, quia cerebrum et nerui afficiuntur in epilepſia, et ſicuti de cerebro dicit Hippocr. de morbo ſacro III. p. 93. τὸν ἐγκέφαλον εἶναι τὸν ἑρμηνεύοντα τὴν ξύνεσιν, *Cerebrum intelligentiae indicem et nuncium eſſe*, ſic quoque motus praeternaturales a neruis in oculis exiſtentes praedicunt epilepſiam.

67. Συμμύονται) Congruentius συμμύωνται: quamquam infra ſimilis eſt diuerſitas modi, pag. 223. l. 7. μαρμαρύσσωσιν οἱ ὀφθαλμοὶ. *Sylb.*

ἐπιληψίας. Ὀφθαλμοὶ [68] περιτετραμμένοι, εἰ μὲν εἰς τὰ δεξιὰ χωροῦσι, μωρὸν σημαίνουσιν, εἰ δὲ εἰς τὰ ἀριστερὰ, λάγνον. Εἰ δὲ [69] περίβλεποι ὄντες εἰς τὸ ἐντὸς ὡς ἐπὶ τὴν ῥῖνα, ἐπιχαρῆ, καὶ ἀφροδισιαστὴν, καὶ [70] φιλητὸν ἄνδρα, καὶ ἐρωτικὸν σημαίνουσιν. Εἰ δὲ [71] ξηρότεροί εἰσιν, καὶ ἀνεωγμένοι, μὴ ἐνυπάρχοντος τρόμου, νόσον σημαίνει, οὐχὶ δὲ εἰς ἀφροδίτην κεχαρισμένον, οὐδὲ χάρισιν, ἢ ἔρω-

τι.

dem conuulſiones epilepticas patitur. Oculi huc et illuc volubiles, ſi verſus dextram directi ſunt partem, fatuum, ſi vero verſus ſiniſtram, libidinoſum ſignificant virum. Si vero ad interiores partes, veluti ad naſum directi ſunt, laetum, venereum, baſiatorem, et amatorem denotant. Si vero ſicciores ſunt, et aperti, neque trepidatio ipſis ineſt, morbum deſignant, non autem in Venerem inclinantem,

68. Περιτετραμμένοι) Rectius παρατετραμμένοι. *Sylb.* Eſt is *obliquus* aſpectus, qui quoque *limus* dicitur, quia limis fit oculis, ex cupiditate naſcitur, quum vel pudore impeditur, vel pudorem praetendit. Hoc aſpectu femellae vt plurimum vtuntur, vt amatores irretiant.

69. Περίβλεποι) Rectius παραβλῶπες, vt Adamant. I. Κεφ. ϛ΄. *Sylb.* Quo nomine *Strabones*, et ex naturae vitio, et ex affectus deſiderio appellantur. V. Alex. ab Alex. L. I. c. 9. *Strabones, Paeti et Caeci*, ex *oculorum vitio cognomenta inuenere, tametſi paetos habere oculos laudi plerumque datum ſit: ſunt enim ad laſciuiam proniores.*

70. Φιλητὸν) Rectius φιλητὴν, aut φιλητικόν. *Sylb.*

71. Ξηρότεροι) Sicciores oculos et apertos morborum eſſe indicia Hipp. ait in coac. praen. S. II. p. 109. ὑποβλέποντες ἐν τοῖσιν ὕπνοισιν, *ſuſpicientes in ſomnis*, ſeu *ſemiapertis dormientes oculis*, et κακὸν δὲ καὶ ἐξαιρόμενον (ὄμμα) οἷον ἄχνη, *malum eſt oculus exſiccatus, veluti ſpuma, aut flos aquae.*

τι. Ἐντροπὴ γὰρ αὐτοὺς προσείληφε καὶ δίκη. Εἰ δὲ τρόμος ἔνεστι σὺν [72] δάκρυσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, πάντολμον ἄνδρα σημαίνουσιν. Οἱ χαροποὶ ὀφθαλμοὶ ἀπὸ τῶν μελάνων χωρίζονται, πολλὰ γὰρ αὐτῶν τὰ εἴδη. Καὶ οἱ μὲν [73] μέλανες ὀφθαλμοὶ, ἄνανδρα ἤθη, καὶ δειλίαν, καὶ ἀπιστίαν δηλοῦσιν· οἱ δὲ [74] χαροποὶ, τοιοῦτοί εἰσι τῷ εἴδει. Ἡ μὲν γὰρ χρόα ἐπιπρεπὴς αὐτοῖς τῷ εἴδει μέλαινα. Καὶ ἐὰν ὦσι κέγχροι ἐν τοῖς μέλασι πυῤῥαὶ, ἢ λευκαὶ, ἢ ἐπιλευκότεραι, ἄλλαι δὲ χρυσοειδεῖς, καὶ ἄλλαι τῶν ὠχρῶν μεμιγμέναι τῷ πυῤῥῷ, ἢ τοῦ μέλανος τούτοις. Εἰσὶ δὲ καὶ [75] αἱματώδεις [76] κέγχροι, καὶ

neque gratiosum, neque amantem. In conuersione enim ipsorum et iustum quid deprehenditur. Si autem trepidatio adesse inuenitur cum lacrymis, audax admodum vir denotatur. Oculi charopi distinguuntur a nigris, quorum multae sunt formae. Siquidem nigri oculi mollem virum, simulque timiditatem ac diffidentiam declarant, et tales sunt charopi quoad formam. Color enim illos decens niger quoad formam est. Et si sunt in nigris grana miliaria rubra, aut alba, aut subalbida, alia vero aurei coloris, et alia cum pallore commixta et rubro, aut in nigro his sunt. Sunt vero etiam grana sanguine refer-

72. Συν δάκρυσι) Cf. Virgil. Aen. L. VI. v. 468. *lacrymasque ciebat.* Proprie lacrymae signa sunt misericordiae, sed etiam vehementioris irae, et audaciae.

73. Μέλανες) Vide supra Arist. p. 144.

74. Χαροποὶ) Vide supra Arist. p. 145.

75. Αἱματώδεις κ.) *Grana sanguine referta*, duplicis

καὶ τοῖς μέλασιν. [77] Ἄλλοι δὲ τῷ μὲν κέγχρῳ εὐφοροῦσιν εἰς τὰ εἴδη τῶν ὀφθαλμῶν· πάντες δὲ τοῦ τροχοῦ τὴν ἔξω μέλαιναν φοροῦντες τὴν ἐπὶ ταύτῃ πυῤῥᾷ. Ἕτεροι δὲ ὑπολευκότερα ἔχουσι τὰ πυῤῥὰ ἐν τοῖς μέλασι, τὰ μὴ πάνυ πυῤῥά· [78] ὅτι ἀπὸ μακρόθεν καὶ τὸ μέλαν ἐπιτρέχει, γενναίων ἀνδρῶν τὰ ἤθη σημαίνει, καὶ συνετῶν, [79] ἀλάλων, [illegible] καὶ

ta, et in nigris Alii contra non referunt formas miliarias oculorum. Omnes ſiquidem in externa orbis circumferentia nigrum colorem referunt, et in illa rubrum. Alii vero habent ſubalbida, et rubra in nigris, non autem valde rubra. Quibuſcumque autem e longinguo quaſi nigrum decenter ineſt, ii ingenuorum, prudentum, taciturnorum et

illa ſunt generis, vel perpetuo adſunt, vel tantum ad tempus, ſi prius ex vitio naturae formantis, ſi poſterius per extrauaſationem quamdam, per reſorptionem abſumenda.

76. Κέγχροι, καὶ etc.) Melius κέγχροι ἐν τοῖς vt paulo poſt, πυῤῥὰ ἐν τοῖς et apud Adamant. l. Κεφ. ζ′ κέχροι ἐν τ. μ. *Sylb.*

77. Ἄλλοι etc.) Haec ex eodem Adamantio ſic legemus rectius: Ἄλλοι δὲ κεγχρωτὰ μὲν οὐ φοροῦσι τὰ εἴδη τῶν ὀφθαλμῶν· παντὸς δὲ τοῦ τρόχου τὴν ἔξω ἴσην μέλαιναν φοροῦντες, τὴν ἐπὶ ταύτῃ πυῤῥάν. *Sylb.*

78. Ὅτι ἀπο μ.) Rectius ſic legendum: ὅσοις ἀπὸ μακρόθεν τὸ μέλαν (μόνον) ἐπιπρέπει. *Sylb.*

79. Ἀλάλων) Mallem reddere, parum loquentium. Hoc enim a prudente et bono exigit Clem. Alex. Paedag. II. c. 7. οὔτε μακρολογητέον, οὔτε πολυλογητέον, οὔτε ἀδολεσχητέον, *nec prolixo vmquam ſermone eſt vtendum, nec multum loquendum, nec nugandum.* Ex Solonis enim ſententia ὁ λόγος εἴδωλον τῶν ἔργων *oratio eſt ſimulacrum operum;* et paulo poſt laudatus Clem. addit, οὐκ ἐκ μόνων τῶν ἔργων, ἀλλὰ καὶ ἐκ λόγων ἄνθρωπος

καὶ μεγάλων ἐν ψυχαῖς. [80]Ὅσοις δὲ τὰ πυῤῥὰ ταῦτα, καὶ μὴ [81]κεγχρωτὰ εἴη, ἀλλὰ τετράγωνα, ὑπολάμπει ὥσπερ πῦρ, καὶ παρὰ τούτοις κέγχροι ὠχραὶ [82]ταῖς πυρώδεσι μεμιγμέναι εἰσὶ, καὶ ἕτεραι γλαυκαὶ, [83]ὡς αἱματώδεις καὶ κυανεαὶ [84]περιθεοῦσι τὰς κόρας, [85](οὗτοι κάκιστοι.) μεγάλοι δὲ ὀφθαλμοὶ, καὶ [86]στίλβοντες κινούμενοι, δεδορκότες, καθάπερ θυμούμενοι βλέπουσιν ἄνθρωποι, καὶ τὰ βλέφαρα αὐτῶν ἀνοίγονται, πάντες οὗτοι ἄχρηστοι ἄνδρες.

magnanimorum prae ſe ferunt imaginem. Quibuſcumque autem tales rubores non ſunt miliaris, ſed quadratae figurae, et ſplendentes ſicut ignis, inſuperque grana milii pallida rubris ſunt intermixta, et alia caeſia, vt ſanguinea et coerulea, circumdant pupillas, hi ſunt peſſimi. Oculi magni, ſplendentes, mobiles, et aſpectum habentes hominum iracundorum, apertis ſimul palpebris, tales viri ſunt inuti-

O 4

κρίνεται, *non ex ſolis factis, ſed etiam ex operibus homo iudicatur.* Alias ἀλαλία eſt vel aetati infantili propria, vel vitium naturae, vel ex morbo orta. Suſpicor tamen in textu eſſe in hoc vocabulo vitium, nempe pro ἀλάλων reponendum εὐλάλων, quod et magnanimis et prudentibus competit.

80. Ὅσοις) Mixtum hoc loco commemoratur genus, πυρῶδες et ὠχρόμματον appellatum ab Ariſtot. p. 146.

81. Κεγχρωτὰ) Rom. ed. dat κέγχροτα.

82. Πυρώδεσι) In exemplari eſt πυῤῥώδεσιν, vt apud Adamantium quoque, I. Κεφ. ζ'. *Sylb.*

83. Ὡς αἱματώδεις) Idem Adamant. l. l. ἴτυες δὲ αἱματώδεις καὶ κ. *Sylb.*

84. Περιθεοῦσι) Rom. ed. habet περιθεωροῦσι.

85. (Οὗτοι κακιστοί) Incluſa verba ex Adam. l. l. addita ſunt. *Sylb.*

86. Στίλβοντες) Ariſt. p. 147. στιλπνοὺς nuncupat.

ἄνδρες. Τῶν γὰρ λύκων, καὶ συῶν ἀγρίων τὰ τοιαῦτα. [87] Εἰ καὶ ὑπολάμπει ἔσω ὡς πῦρ, καὶ πρὸς τούτοις κέγχροι ὠχραὶ ταῖς πυῤῥώδεσι μεμιγμέναι εἰσὶ, καὶ ἕτεραι γλαυκαὶ, καὶ ἁπλῶς καθὼς ἀνωτέρω εἴρηται, καθάπερ οἱ λύκοι, καὶ οἱ ἄγριοι σύες τὰ σημεῖα ἔχοντες, εἰσὶν ἄνδρες ὠμότεροι, ἀγριώτεροί τε, καὶ ἁρπακτικώτεροι. Ἐν δὲ τοῖς χαροποῖς ὀφθαλμοῖς, [88] ὅσον εἰσὶν αἱ κέγχροι, μείζονες δὲ αἱ κέγχροι οὖσαι, ἢ ἐλάττονες, ἡμερωτέρα ἤθη δηλοῦσιν. Ὠχροὶ ὀφθαλμοὶ, [89] δολερωτέρους σημαίνουσιν ἄνδρας. Οἱ δὲ αἱματώδεις, ἀβουλοτέρους καὶ [90] θερμῶς τελοῦντας ὅπερ νομίσουσιν. [91] Ὅσοι δὲ ὀφθαλμοὶ οὐ κέγχροις χαροποῖς, ἀλλ' εἰσὶ

les. Lupi enim et apri tales oculos habent. Nam ſi externe lucent vt ignis, et cum his grana pallida immixta ſunt rubris, et reliqua glauca, et in vniuerſum, vt ſupra dictum eſt, habentes ſigna quemadmodum lupi et apri, eiuſmodi inquam ſunt viri crudeliores, ferociores atque rapaciores. In oculis charopis autem ſi ſunt grana, et quidem minora, ſiue pauciora, modeſtos indicant mores. Fulvi oculi, doloſos ſignificant viros. Sanguine autem repletos habentes, inconſulto et feruide perficientes, quae arbitrantur. Quicumque autem oculos habent non granis charo-

87. Εἰ καὶ) Malim, εἰ δὲ ὑπολάμπει. *Sylb.*

88. Ὅσον εἰσὶν αἱ κ.) Rectius ex Adam. ἴσαι ἂν ὦσιν αἱ κέγχροι. *Sylb.*

89. Δολερωτέρους) Adam. I. Κεφ. ζ', habet δειλοτέρους, quod melius conuenit cum Ariſtotele, p. 146.

90. Θερμῶς τελοῦντας) Adamant. θερμότεροι. *Sylb.*

91. Ὅσοι δὲ ὀφθαλμοὶ) Mi-

εἰσὶ [92] πεποικιλμένοι τισὶ τοιούτοις τὸ μέγεθος καὶ τὴν χροιάν. Τούς τε μέλαινας ὀφθαλμοὺς, ἢ καὶ πυῤῥοὺς ἔχουσιν ἐν ὑγροῖς ὀφθαλμοῖς καὶ οὐ φαίνεται ἄλλο σημεῖον ἄτοπον, ἄνδρα δηλοῦσι μεγαλόνουν, δίκαιον, συνετὸν, εὐφυῆ, [93] πέρα δὲ τοῦ μετρίου [94] παιδεραστήν. Εἰ δὲ χλωρόν ἐστιν ἐπὶ τῷ μέλανι τῶν τοιούτων ὀφθαλμῶν, δολερὸν, ἄδικον, κλέπτην ἀργύρου, γυναιξί τε [95] αἰσχρῶς καὶ ἀσώτως

pis, sed vario colore tinctos, his talis magnitudo et talis color competit. Qui vero oculis nigris praediti sunt, aut humidos et rubentes habent, et non aliud conspicitur signum minus aptum, viros produnt magnanimos, iustos, prudentes, et ingenuos; Supra mediocritatem vero si sunt, amatorem puerorum notant. Si autem flauum inest in nigro talium oculorum, significat dolosum, iniustum, pecuniarum furem, et qui turpiter

O 5

re corruptus est aphorismus, quapropter eum apud Adamant. lege l. l. *Sylb.*

92. Πεποικιλμένοι) *Variis coloribus distincti et bene compositi.*

93. Πέρα) Edit. Rom. περὶ dat, vitiose.

94. Παιδεραστὴν) *Amore puerorum correptum, flagrantem*, qualis Anacreon fuit Bathylli amore irretitus.

95. Αἰσχρῶς καὶ ἀσώτως ὁμιλοῦντα) Prima voce denotatur homo *leuissimus* et tam perfrictae frontis, qui omnem decoxit pudorem, seque prostituit, ac omnium contemtui exponit, altera vox notat *perdite prodigum*, de cuius salute nulla spes, vel parua spes est. Sic Lucas in comm. c. XV. v. 13. καὶ ἐκεῖ διεσκόρπισε τὴν οὐσίαν αὐτοῦ, ζῶν ἀσώτως, quae fusius explicantur v. 30. ὁ καταφαγών σου τὸν βίον μετὰ πορνῶν, quae idem indicant quod h. l. αἰσχρῶς καὶ ἀσώτως ὁμιλοῦντα.

τως ὁμιλοῦντα. Εἰ δέ τισιν ὅλοι εἰσὶν οἱ ὀφθαλμοὶ ὅμοιοι τῇ χρόᾳ τῆς [96] ῥοιᾶς, καὶ ξηρότεροι, [97] ματαιότητα τοῦ ἀνδρὸς κατηγοροῦσιν· ἐν δὲ ὑγροῖς, μεγαλόνοιαν, καὶ ἀνδρείαν, καὶ [98] εὐθυλογίαν, καὶ [99] ὀρθο-

et prodige cum mulieribus viuit. His autem si toti oculi colori malorum granatorum sunt similes, simulque sicciores, tunc insipientiam et vanitatem arguunt. Si vero humidiores, magnanimitatem, fortitudinem, re-

96. Ῥοιᾶς) Cf. Dioscor. L. I. c. 127. et quae de eo dicit Andr. Matthiolus in comment. p. 193. sq. Plin. H. N. L. XXIII. c. 6. et XIII. c. 19. asserit: *Flos balaustium vocatur, et medicinis idoneus, et tingendis vestibus, quorum color inde nomen accepit.* Et Marcell. Empir. c. 17. *Florem mali granati, quo coriarii vtuntur.* De colore ergo, quum planta non est incognita, nulla est dubitatio.

97. Ματαιότητα) Duas res haec vox indicare videtur 1) ἀκαιρίαν, si quis neque loci neque temporis rationem habere solet, v. Cicero de offic. L. I. c. 40. 2) ἀταξίαν, si quis vita non est disposita, si altius adspirat quam decet, si euagatur latius, si neque ordinem, neque elegantiam, neque prudentiam in subsidium vocat, si consilia peruersa captat, vti ex sequentibus patet.

98. Εὐθυλογίαν) *Rectum compositumque sermonem*, qui opponitur τῇ λαλίᾳ et γλωσσαλγίᾳ. Morum enim character hominum sermo est, et ex Clem. Alex. Paedag. II. 7. οὐκ ἐκ μόνων τῶν ἔργων, ἀλλὰ καὶ ἐκ λόγων ἄνθρωπος κρίνεται, *non ex solis factis, sed ex verbis iudicatur homo.* Et Cicero de offic. L. I. c. 37. in oratione vocis indice duo commendat, quae εὐθυλογίαν constituant, *vt clara sit vox, et suauis.* Claritas ex Quinct. inst. orat. L. II. c. 8. in eo consistit, vt omnes audiantur litterae, et tanta cum lenitate, vt nullius aures offendant. Suauitas ex Cic. de orat. L. III. c. 9. sic describitur: *tuus sonus et tua suauitas illa delectat, hanc dico suauitatem, quae*

99 ὀρθοβουλίαν τοῦ ἀνδρὸς κατηγοροῦσι· ταχύτερον δὲ εἰς ὀργὴν, καὶ εἰς ἀφροδίσια ἔργα ἐπτοημένον ἄνδρα δηλοῦσιν. Ὀφθαλμοὶ κοῖλοι πάνυ, οὐκ ἐπαινετοί. Ὅσοι δὲ κοῖλοι ὄντες ὥσπερ ὕδωρ ἐν ἀγγείῳ, εἰ δὲ μὴ ὑποκινοῦνται, καὶ μεγάλοι εἰσὶν, οὐ πονηροὺς ἄνδρας σημαίνουσιν, εἰ μή τι ἄλλο παρακολουθήσει σημεῖον. Τὴν γὰρ κοιλότητα ἥ τε 100 ἰκμὰς καὶ τὸ μέγεθος παραμυθεῖται. Ὀφθαλμοὶ κοῖλοι, καὶ μικροὶ, 101 ἤθη δόλου σημαίνουσιν, ἐπίβουλον ἀνθρώποις, ζήλῳ καὶ φθόνῳ τετηκότα. Ξηρό-

ctum compositumque sermonem, atque consilium aptum arguunt: praeterea vero virum, qui celerrime irascitur, atque vehementi amore in res venereas agitur, indicant. Admodum caui oculi non sunt laudandi Quicumque ad modum aquae in vase caui sunt, nisi submouentur, simulque magni sunt, non prauos designant viros, nisi aliud accedat signum. Nam cauitatem humor et magnitudo compensat. Oculi caui et parui, mores fraudulentos indicant, et qui insidias aliis struunt, et prae odio ac inuidia marcescunt.

exit ex ore, quae quidem vt apud Graecos Atticorum, sic in Latino sermone, huius est vrbis maxime propria.

99. Ὀρθοβουλίαν) *Consilium aptum*, quod versatur circa honestum, et vtile, quod ad vitae commoditatem, iucunditatemque, ad facultates rerum et copias, ad opes et potentiam, quibus nos possumus iuuare et alios, conducit; v. Cicero de off. L. I. c. 4.

100. Ἥ τε ἰκμὰς) In exemplari est, ὅτε ἰκμὰς: perperam. *Sylb.*

101. Ἤθη δόλου) Congruentius ἤθη δόλια, et mox ἐπίβουλα ἀνθρ. ex Adam. I. Κεφ. η. *Sylb.*

Ξηρότεροι δὲ, καὶ πρὸς τοῖς εἰρημένοις κακοῖς [102] ἀπιστίαν καὶ ἱεροσυλίαν τοῦ ἀνδρὸς κατηγοροῦσιν. Οἱ μὲν οὖν [103] ἀτενεῖς ὀφθαλμοὶ, χρηστότερα ἐμφαίνουσιν ἤθη· οἱ δὲ ὑποῤῥέοντες, δολερώτερα. Εἰ δὲ τῇ ἁβρότητι ὑποῤῥέοιεν, μωρότερα. Οἱ ὀφθαλμοὺς [104] ἐξέχοντας ἔχοντες, οὐκ ἐπαινετοὶ ἄνδρες· Οἷς μὲν [105] οἴδημα περίκειται κύκλῳ, τὰ δὲ ὡς τάφρος βαθεῖα, καὶ στένη περιακολουθεῖ, δολερὸν ἄνδρα σημαίνουσιν. Οἱ δὲ ([106] πάντες,) ἀνεστηκότες, [107] λεοντείαν, καὶ ματαιότητα, καὶ μανίαν τῶν ἀνδρῶν

Sicciores si praeter mala nominata etiam inveniantur, perfidiam ac sacrilegium arguunt. Igitur in oculis intentis optimi mores fiunt conspicui. Qui vero sensim mouentur, mores perditos innuunt. Si vero luxuriose moventur, virum fatuum notant. Quibus oculi eminent, non sunt laudandi. Quorum vero intumescentia circumferentiam circumdat, et profunditates sicut fossa, et angustiae circumvallatae sunt, hi fraudulenti censentur. In quibus contra omnia erecta sunt, haec arguunt ferociam, insipientiam et furorem

102. Ἀπίστιαν) Rom. editio dat ἀπίστοις.

103. Ἀτενεῖς) Cf. supra Arist. p. 46. not. 45.

104. Ἐξέχοντας) Aristot. supra p. 130. ἐξοφθαλμοὺς appellauit, v. ibi n. 125.

105. Οἴδημα) *Intumescentia.* Non morbosum statum notat, sed naturalem, quo multi habent oculos exsertos, et vltra orbitam prominentes. Hippocr. in praenot. S.II. p. 4 ἐξίσχοντας nuncupat, *oculos tumidiores factos*, quibus ὀφθαλμοὶ ἐγκοίλοι, alte intra orbitam demersi opponuntur.

106. (Πάντες) Inclusum πάντες non agnoscit Adam. I. Κεφ. θ'. *Sylb.*

107. Λεοντείαν) Forsan

δρῶν κατηγοροῦσιν. [108] Προπήδησις ὀφθαλμῶν αἱματωδῶν, οἰνοφλύγων ἀνδρῶν, καὶ γαστριμάργων σημεῖον. Εἰ δὲ γλαυκοί εἰσιν οὗτοι, ἀδίκους καὶ ἀσυνέτους εἶναι νόει τοὺς ἄνδρας. Εἰ δὲ καὶ τὰ βλέφαρα αὐτῶν κρατοῦνται, πλείονα τὴν ἄνοιαν αὐτοῦ σημαίνουσιν. Εἰ δὲ οἰδοῦντες εἰσὶ ξηρότεροι, πατροφόνοι τε, καὶ μιαιφόνοι, παιδοφθόροι τε, καὶ [109] φαρμακοὶ, καὶ τὰ ὅμοια τούτων. Εἰ δὲ ὑψηλοί

virorum. Profilientes oculi fanguine referti, vinolentorum et gulosorum indicia funt. Si autem glauci funt tales, fubfumimus viros iniuftos ac infipientes. Infuper fi palpebrae funt continuae, maiorem infipientiam innuunt. Si vero tumidi oculi ficciores funt, parricidae, et homicidae, et paedicones, magi funt, et qui cum his conueniunt. Si au-

λαγνείαν Adam. l. l. μαργοσύνην. *Sylb.* Vel legendum λεωργείαν, *audaciam, temeritatem.*

108. Προπήδησις) *Profilientes*, id eft, *mobiles affidue et ex cauitate prominentes*, nam qui profiliunt, in altum tolluntur, Hippocr. in Progn. S. II. p. 4. ἀναιωρευμένους καὶ ἐξίσχοντας appellat.

109. Φαρμακοὶ) *Magi, venefici.* Hebr. חָשַׁף nominare folent, et omne genus magicorum ludibriorum fub hac comprehendunt voce, *venenarios, diuinatores, praeftigiatores, fomniorum interpretes*, et LXX. reddidere φαρμακοὺς. Ex. XXII. 18. Ex. VII. 12. Graeci tamen diftinguunt, ἐπαοιδὸς eft *incantator*, μάντις *ariolus*, φαρμακὸς fiue φαρμακεὺς *venenarius*, et γοής, *quicumque impoftor.* Quam diftinctionem Polemo admittere quoque videtur, quum addit, καὶ τὰ ὅμοια κ. τ. λ. Hanc ob artem apud vett. nobilitata fuit Circe, vide Ariftoph. in Plut. v. 302. Ἐγὼ δὲ τὴν Κίρκην γε, τὴν τὰ φάρμακ' ἀνακυκῶσαν. Ἣ τοὺς ἑταίρους τοῦ Φιλωνίδου ποτ' ἐν Κορίνθῳ Ἔπεισεν. „At ego omnibus modis Circem imitabor,

ὑψηλοί εἰσιν οἱ ὀφθαλμοὶ, μεγάλοι καὶ λαμπροὶ, καὶ [110] εὐλαβεῖς, καὶ ὑγρὸν βλέποντες, δικαίους, συνετοὺς, φιλομαθεῖς, ἔρωτος πλήρεις ἄνδρας δηλοῦσιν· ὅποιος ἦν [111] Σώκρατης ὁ φιλόσοφος. Ὀφθαλμοὶ τοῦ προσώπου πολὺ ἐξέχοντες, μικροὶ πάνυ καὶ πυῤῥοὶ, οὐ φρενήρη ἄνδρα, ἀλλὰ παρειμένον καὶ τὴν γλῶτταν, καὶ τὸ σῶμα δηλοῦσιν. Ὀφθαλμοὶ [112] σκοτεινοὶ, οὐ πολύφρονας σημαίνουσιν ἄνδρας· ξηροὶ δὲ ὄντες, [113] ἀνωτέρους δηλοῦσιν ἄνδρας. Εἰ δὲ μικροί εἰσι θολεροὶ, ἐπιβούλους, κακοτέχνους τε, καὶ [114] προβούλους σημαίνουσιν ἄνδρας.

tem oculi ſunt elati, magni, et lucentes, et circumſpicientes, humidoque aſpectu, hi iuſtos, intelligentes, litterarum amicos, et mulieroſos viros manifeſtant, qualis fuit Socrates philoſophus. Oculi eminentes in facie admodum, ſimulque valde parui et rubri, inſipientem indicant virum, qui et linguae et corporis cauſa contemnitur. Oculi tenebricoſi, non valde prudentes produnt viros. Quum vero ſicci ſunt, ſuperiores viros denotant. Si vero parui ſunt, ſubdolos, inſidioſos, fraudulenter impios, et prauos conſultores in-

quae venenis ex arte confectis ſocios Philonidae mutauit in foedos ſues.,,

110. Εὐλαβεῖς.) Adam. l. l. εὐαγεῖς. *Sylb.*

111. Σώκρατης) Aliam imaginem Socratis repraeſentat Cicero de Fato c. 5. ſed ex aliis ſignis. V. Fr. Menzii diſſ. de Socrate nec officioſo marito, nec bono patre familias.

112. Σκοτεινοὶ) *Tenebricoſi, obſcuri*, notantes et animum obſcurum hebetemque eſſe.

113. Ἀνωτέρους) Adam. habet ἀπιςοτέρους. *Sylb.*

114. Προβούλους) Adam. habet πελιμβούλους. *Sylb.*

δρας. Ὀφθαλμοὶ σκοτεινοὶ ὑγροὶ, αὐτάρκως μεγέθους ἔχοντες, εὐςαθεῖς, φροντιςὰς, [115] πολυθεάμονας, εὐμαθεῖς τε καὶ εὐλαβεῖς, καὶ δειλοὺς, καὶ φειδομένους ἄνδρας δηλοῦσιν. Οἱ δὲ [116] αὐχμώδεις, δολεροὺς, ἀπίςους τε, καὶ ἀκολάςους δηλοῦσιν. Οἱ [117] εὐφεγγεῖς ὀφθαλμοὶ, ἄριςοί εἰσιν, εἰ μὴ ἄλλό τι ἀντιλέγει σημεῖον. Ἐὰν [118] μαρμαρύσσωσιν οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ φῶς ἐν αὐτοῖς ἐςιν, ἐν [illegible] γλαυ-

dicant. Oculi obſcuri, humidi, idonea praediti magnitudine, conſtantes, prudentes, multarum rerum intelligentes, ingenioſos, et circumſpectos, ſed etiam timidos et parcos denotant viros. Aridi autem oculi, doloſos, perfidos et intemperantes indicant viros. Oculi egregium ſplendorem habentes, optimi ſunt, niſi aliud quodpiam ſignum contraria doceat. Si oculi nitent vt marmor, et ipſis

Forte legi poſſet προσπιβούλους *inſidiatores*, vel κακοβούλους *prauis conſiliis alios perdentes.*

115. Πολυθεάμονας) *Multarum rerum intelligentes*, magna doctrinae copia variaque inſtructos.

116. Αὐχμώδεις) Rectius ex eodem Adamantio, I. Κεφ. ιέ ἀχλυώδεις. *Sylb.* Vide de hac voce ſupra p. 203. not. 36. vel ἀχνώδεις. Ἄχνη autem eſt, ſi tenues ſordes in oculis reſiccatae et concretae, veluti lanuginem aut aquarum ſpumam repraeſentant, Heſ. σκοπὰν et ἀορασίαν interpretatur.

117. Εὐφεγγεῖς) *Egregium ſplendorem habentes, pulcre ſplendentes*; ſic quoque φέγγος ὀμμάτων paſſim occurrit. Anacr. od. κή. vocat τὸ βλέμμα νῦν ἀληθῶς ἀπὸ τοῦ πυρὸς ποιήσον, ſingularem pulcritudinem prae ſe ferens, aut *plane ardens*, vt reddidit Vir Cel. Fiſcherus, ſic et λάμπειν de oculis vſurpatur in Matt. com. c. XVII. 2. ἔλαμψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡς ἥλιος.

118. Μαρμαρύσσωσιν) *Oculi nitent vt marmor*, radios ſplendoris vibrant. v. Athen. L. XIII. c. 17. ἦν τὰς δε

γλαυκοῖς ὀφθαλμοῖς καὶ αἱματώδεσι, θερμὸν ἐν ἑκάστῳ πράγματι, καὶ πάντολμον τὸν ἄνδρα δηλοῦσιν, ὡς ἐγγὺς μανίας εἶναι. Εἰ δὲ ἐν χαροποῖς εἴη ἡ μαρμαρυγὴ, δειλίαν σημαίνει. Πᾶν γὰρ χρῆμα οὗτοι φοβοῦνται, [119] καὶ πίπτουσι, καὶ πάντα ὑπονοοῦσιν. Ὀφθαλμοὶ δὲ μέλανες μαρμαρύσσοντες, κακίστους, καὶ δολίους, καὶ κακομηχάνους σφόδρα δηλοῦσιν ἄνδρας. [120] Εἰ δὲ οἱ τοιούτους ὀφθαλμοὺς ἔχοντες [121] ὑπογελῶσιν, εἰς ἀκρό-

ſimul lux ineſt, glauci videlicet et ſanguine repleti, calidum in vnaquaque re et omnia audentem notant virum, qui adeo maniae propinquus eſt. Si autem in charopis nitor deprehenditur, indicium timiditatis eſt Tales quippe omne negotium auerſantur, rediguntur in anguſtias, et in omnibus ſuſpicioſi ſunt. Nigri autem et nitentes oculi, peſſimos, et doloſos admodumque inſidioſos declarant viros. Si autem homines eiuſmodi oculis prae-

Θεοξείνου ἀκτῖνας προσώπου μαρμαιζούσας δράκης. Morbi quoque indicium eſt, ſi quidquam ſplendicans ante oculos obuerſatur, nam Hipp. S. II. Praedict. L. II. p. 91. quibus καὶ μαρμαρυγῶδές τι πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν φαινόμενον, eſſe deprehenditur et ſanguinem e naribus profluere, aut lienem tumidum eſſe, affirmat.

118. Πίπτουσι) Rectius πτήσσουσι, ſeu πτώσσουσι, ex Adam. I. Κεφ. ιγ'. *Sylb.* Senſus eſt, *terrore percutiuntur*, vel *horrore corripiuntur*.

120. Εἰ δὲ) Rom. edit. omittit εἰ, et ſic verba collocat οἱ δὲ τοιούτους.

121. Ὑπογελῶσιν.) Poſt hanc vocem Rom. edit. inſerit coniunct. δὲ. Hilaris ac ridens aſpectus cum ſplendore coniunctus improbitatis ſignum eſt, nam ſplendor ab igneo calore natus calidius cerebrum indicat, ex quo hic affectus, quem omnes improbant.

ἀκρότητα πάσης κακίας ἐλθεῖν ἀνάγκη αὐτούς. Ὀφθαλμοὶ ἔνυγροι [122] γοργὸν βλέποντες, θυμώδεις, ἰσχυροὺς, μανικοὺς, [123] τραχυλόγους, ταχυέργους, ἀπρανοήτους, ἀτόλμους, καὶ πρὸς τὸ λέγειν· [124] ὅμως κάκιστοί εἰσιν οἱ ἄνδρες οὗτοι. Οἱ δὲ ξηροὶ ὀφθαλμοὶ, κακίστους καὶ ἀνόμους κατηγοροῦσιν ἄνδρας. Εἰ δὲ μικρότεροί εἰσι, καὶ [125] κοῖλοι, χείρους εἰσίν· ὅμως καὶ φρόνημα ἔχοντες, ἐπίβουλοι, [126] κρυψίνοοι, τὸν σκοπὸν καὶ τὸν νοῦν αὐτῶν ὑποκρύπτοντες, πάντων δὲ ἐπιθυμοῦντες, ἢ ἐπι-

diti ſubrident, apud illos neceſſario malitia ſummum attingit gradum. Oculi madentes, et torui, animoſos, fortes, furioſos, aſpere loquentes, celeres in agendo, imprudentes, et formidoloſos in loquendo denotant. Simili modo tales viri ſunt peſſimi. Sicci oculi peſſimos et iniuſtos arguunt viros. Minores autem ſi ſunt et caui, peiores ſunt. Simul autem ſi ingenio pollent, ſunt inſidioſi, ac ſui animi occultant ſenſa, conſilia cogitataque celant, et omnia cupiunt, aut vi-

122. Γοργὸν) Toruus aſpectus, qui fit ex obliquo, qualis Didonis fuit apud Virg. Aen. L. VI. v. 467. *Talibus Aen. ardentem, et torua tuentem Lenibat dictis.*

123. Τραχυλόγους) Legendum videtur ταχυλόγους, ſicvt Adamant. I. Κεφ. ιγ΄. εὐθυεπεῖς. *Sylb.* Vel etiam ταχυγλώσσους ex Hippocr. de morb. vulg. L. II. S. VI. ab initio, ταχύγλωσσοι, μελαγχολικοί; vel τραχύστομους, barbare atque confuſe loquentes.

124. Ὅμως κάκιστοι) Legendum ὅμως οὐ κάκιστοι, ſicvt idem Adam. habet I. 1. ἄκακοι. *Sylb.*

125. Κοῖλοι) Vide Ariſt. ſupra, p. 130. n. 124.

126. Κρυψίνοοι) Edit. Rom. κρυψόνοοι, vitioſe.

ἐπιθυμηταὶ ἄνδρες ὄντες. Εἰ δὲ ἐπὶ τοιούτοις ὀφθαλμοῖς [127] σχοινίον ἐςὶν ἐννεῦον, [128] ὀφρύες τε τραχεῖαι, βλέφαρα ὀρθὰ, θυμόν τε, καὶ δύναμιν, ἀβουλίαν τε, καὶ κακίαν, καὶ εὐτολμίαν τοῖς ἀνδράσι σημαίνουσιν. Ὅσοι δὲ τὸ ἐπισχοίνιον οὕτως ἔχουσιν ὡς εἴρηται, τά τε βλέφαρα, καὶ τὰς ὀφρῦς, [illegible] τὸ

ri ſunt appetentes. Si vero in eiuſmodi oculis veſiculae quaſi appenſae, et nutantes, et ſupercilia hirſuta, palpebrae rectae ſunt, tunc iram, et robur, temeritatem et malitiam, atque audaciam deſignant. Quicumque autem veſiculas ſic appenſas habent, vt dictum eſt, palpebraſque ac ſupercilia,

127. Σχοινίον) Pro σχοινίον legitur infra ἐπισχοίνιον. Vera ſcriptura eſt, ἐπισκύνιον: quo vocabulo etiam Homerus vtitur Il. ρ. de leone: πᾶν δέ τ' ἐπισκύνιον κάτω ἕλκεται, ὄσσε καλύπτων: vbi Euſtathius ſic nominari ſcribit τὸ ἐπιδέρμιον ὃ ἐπιχαλᾶται τοῖς τῶν λεόντων ὀφθαλμοῖς, καὶ καλύπτει αὐτούς: *cuticulam, qua laxata ſeu demiſſa, leones oculos obducere ſolent*: videri autem vocabulum derivatum ἀπὸ τοῦ σκύζεσθαι: quoniam in ira potiſſimum eam cuticulam oculis obducant, ne viſis ictibus extimeſcant. Theocr. Idyll. XXXI. Herculi quoque ἐπισκύνιον tribuit: Τοῖον ἐπισκύνιον βλοσυρῷ ἐπέκειτο προσώπῳ, ac Ruff. Epheſ. De partibus hum. corporis — αἱ δὲ ἔσχαται τοῦ μετώπου ῥυτίδες, ἐπισκύνιον: ὅπερ ἐπάγομεν τοῖς ὀφθαλμοῖς, ἣν πρὸς ἑαυτοὺς φροντίζωμέν τι ἢ αἰδώμεθα. Idem ibidem addit, alios ἐπισκύνιον nominare τὸ ὑπὸ τὰς ὀφρύας σαρκῶδες. *Sylb.* Interpr. *veſiculae quaſi appenſae*; ſunt ex Ariſt. ſupra p. 128.

128. Ὀφρύες τε τραχεῖαι) Mallem, *ſupercilia confragoſa, contracta, ſeuera.* Duos enim motus ſuperciliorum agnoſcit Cic. de off. L. I. c. 41. *remiſſionem* et *contractionem*, quibus tertium motum addit Quinct. L. XI. c. 3. *deductionem*, nam dicit: *Ira contractis, triſtitia deductis, hilaritas remiſſis oſtenditur.*

τὸ δὲ βλέμμα αὐτῶν τραχὺ, [129] (καὶ) πικρὸν ἀφ' ἑαυτοῦ ὑπάρχει, χείρονα ταῦτα τῶν ῥηθέντων σημεῖα. Ὅσοις ὀφθαλμοῖς [130] ἡδονὴ καὶ γέλως ἐνοικεῖ, οὐ πολύ εἰσιν ἐπαινετοί. Εἰσὶ γὰρ τὰ ἐν τούτοις δολεροὶ, κρύπτοντες τὸν νοῦν, καὶ τὸν σκοπὸν αὐτῶν, κακομήχανοί τε καὶ κακοῦργοι. Ὅσοι δὲ ἅμα τῷ γέλωτι [131] ὑποβλέπουσιν, [132] καὶ ξηροί εἰσιν ἅμα, κακίστων ἀνδρῶν τὸ σημεῖον. Ὀφθαλμοὶ κοῖ-

oculi ipſorum autem confragoſi, et ſeueri inde facti ſunt, deteriora haec praebent ſigna, vt iam dicta. In quorum oculis voluptas et riſus inhabitat, non ſunt laudandi. Nam doloſi ſunt praeterea, et celantes ſenſa animi, mala molientes et operantes. Quicumque autem ſimul cum riſu limis aſpiciunt oculis, qui ſicci aeque ſunt, peſſimos adumbrant viros.

129. Καὶ) Incluſa καὶ ex Adamantio addita eſt. *Sylb.*

130. Ἡδονὴ καὶ γέλως) *Hilaritas et riſus.* Non in vniverſum riſus eſt improbandus, ſed immodicus tantum, qui arrogantiae, proteruiae ac contemtus aliorum ſignum eſt. Vnde Plato de Legib. L. III. c. 10. praecipit: Ἀλλὰ μὲν οὐδὲ φιλογέλωτας δεῖ εἶναι. Σχεδὸν γὰρ ὅταν τὶς ἐφίῃ ἰσχυρῷ γέλωτι, ἰσχυρὰ καὶ μεταβολὴν ζητεῖ τὸ τοιοῦτον. *Sed neque in riſum nimium profuſos nos eſſe oportet. Nam effuſum riſum mutatio ſequitur.* Quid quod riſus ita debet eſſe temperatus, *vt laetitia et triſtitia nimia compreſſa honeſto in habitu ſe contineant* ex Platonis ſententia de LL. L.V. c. 8. καὶ ὅλην, ait, περιχάρειαν πᾶσαν ἀποκρυπτόμενον καὶ περιωδυνίαν, εὐσχημονεῖν πειρᾶσθαι. Riſus enim nimius, et animi, et iudicii leuitatem prodit.

131. Ὑποβλέπουσιν) *Limis oculis aſpiciunt*, quales ſunt cupidorum, contemtorum et iratorum.

132. Καὶ ξηροὶ) Haec tranſponuntur ſic in edit. Rom. εἰσὶν καὶ ξηροὶ ἅμα.

κοῖλοι γέλωτα ἔχοντες, κακόν τι βουλεύεσθαι τὸν ἄνδρα μαρτυροῦσιν. Εἰ δὲ ἀνεωγμένους καὶ [133] σεσηρότας τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχοντές εἰσί τινες, αἱ πράξεις αὐτῶν εἰς ἄνομα ἔργα συντελοῦνται. Τοὺς δὲ πάνυ [134] ἀνεωγμένους καὶ γελῶντας ὀφθαλμοὺς ἔχοντας ἄνδρας, ἐπιβουλοτέρους μαρτυροῦσιν. Εἰ δὲ ξηροί εἰσιν, ἄκακα μὲν ἤθη, καὶ κακῶν ἀπάθειαν δηλοῦσι, μάταιοι δὲ, καὶ ἄστοργοι, καὶ ἀκόλαστοί εἰσιν οἱ τοιοῦτοι. Ὀφθαλμοὶ [135] μειδιῶντες ἅμα [illegible] ὑγρό-

Oculi caui ridentes innuunt virum mali quid moliri. Apertos vero ſi quidam habent oculos ac hiantes, illorum actiones ad iniuſtitiam tendunt. Qui vero valde apertos et ridentes oculos nanciſcuntur, inſidioſos deſignant viros. Si vero ſicci ſunt, produnt quidem mores non prauos, et malorum affectuum carentiam, ſunt tamen tales vani, amoris naturalis expertes, et libidinoſi. Oculi ſubridentes cum

133. Σεσηρότας) *Hiantes*, Σαίρειν enim dicitur de hominibus, qui ſunt ore hianti et dentibus renudatis, ita vt ridere videantur, v. Theocr. Idyll. VII. v. 12. καί μ' ἀτρέμας εἶπε σεσαρὼς Ὄμματι μειδιόωντι; apud Noſtrum ad oculos quoque transfertur.

134. Ἀνεωγμένους) *Apertos*, aperti autem oculi hoc loco ſunt, non ex explicatione, quae fit in palpebra, ſed in pupilla ipſa, eiuſque obtutu.

135. Μειδιῶντες) *Subridentes*, modicum nam ac decentem lenemque notat riſum, v. Hom. hymn. 8. in Vener. v. 2. ſq. Ἐφ' ἱμερτῷ δὲ προσώπῳ Αἰεὶ μειδιάει, καὶ ἐφ' ἱμερτὸν φέρει ἄνθος, *amabili autem facie Semper ſubridet et amabilem fert florem.* Et Il. Ψ'. v. 555. ſq. μείδησεν δὲ ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεὺς, χαίρων Ἀντιλόχῳ. *Riſit autem pedibus fortis diuus Achilles Gratulans Antilocho.* Et probe tenenda Ouid. de arte am. L. III. v. 283. ſq. verba: *Sint modici rictus, ſint par-*

ὑγρότητι, βλέφαρα ἀνειμένα, [136] μέτωπον μακρὸν, τὰ ἀμφότερα λαγαρὰ ἤθη δηλοῦσι· δίκαιοι, ἥμεροι, εὐσεβεῖς, φιλόξενοι, συνετοὶ, εὔβουλοι, εὐμαθεῖς, ἔρωτος πλήρεις τοὺς ἄνδρας μαρτυροῦσιν. Ὀφθαλμοὶ [137] σκυθρωπάζοντες ἅμα ὑγρότητι, πτερνιστὴν ἢ φιλοτέχνην ἄνδρα μαρτυροῦσιν. Ἐὰν δὲ

humiditate, palpebrae mobiles in longa fronte, haec ambo laxos mores notant: iusti, mansueti, benefici, hospitum amici, prudentes, bene consulentes, dociles, ac pleni amoris sunt viri. Oculi austeri ac humidi, virum supplantantem, aut artium amicum designant.

vae vtrimque lacunae. Et summos dentes ima labella degat.

136. Μέτωπον μακρὸν) Ambigua et soloeca est lectio. Rectius ex Adam. I. Κεφ. ιδ'. μέτωπον μαλακὸν, τὰ ἀμφὶ βλέφαρα λαγαρὰ, τὰ ἤθη δικαίους, ἡμέρους, et sic deinceps positis scilicet accusatiuis pro nominatiuis. *Sylb.*

137. Σκυθρωπάζοντες) Duplicem obtutum notat haec vox, *morosum et austerum*, et *seuerum*. Per humiditatem h. l. et austeritas, et seueritas temperatur. Et hi duo significatus h. l. admittendi ratione φιλοτεχνίας, seueritas quidem ob humiditatis coniunctionem, qualis in Attico fuit, de quo Corn. N. c. 15. in eius vita: *Eius comitas non sine seueritate erat, neque grauitas sine facilitate: vt difficile esset intellectu, vtrum eum amici magis venerentur, an amarent.* Alter significatus ad πτερνιστὴν *supplantatorem* pertinet, πτερνίζειν autem idem est ac ὑποσκελίζειν *supposito pede aliquem in terram deiicere*, quod de pugilibus vsurpatur; hoc loco notat *aliquem insidiose circumuenire*, et crudelitas humiditate, quae astutiam produxit, temperata est. Et in bono sensu supplantare de μετοδείαις occurrit. Cic. de offic. L. III. c. 10. *Contendere debet quam maxime possit, vt vincat, supplantare eum, qui cum certet, ac nullo modo manu pellere debet.*

δὲ συμβῶσι, καὶ αἱ ὀφρύες εἰσὶ [138] κεχαλασμέναι, καὶ τὸ μέτωπον χαλαρὸν ἅμα τῇ σκυθρωπότητι, πιστοῦ ἀνδρὸς τὰ σημεῖα, εὐσεβοῦς τε, καὶ εὐβούλου, καὶ σώφρονος. Ξηροὶ δὲ ὀφθαλμοὶ [139] λυπηρὸν βλέποντες, φιλοφροσύνης εἰσὶ πλήρεις. Εἰ δὲ τὸ μέτωπον εἴη τραχὺ, καὶ βλέμμα ἀτενὲς, βλέφαρα ὀρθὰ, [140] ἀγριόβουλον ἄνδρα σημαίνουσι, πᾶν ἔργον ποιῆσαι σπεύδοντα, καὶ οὐδὲν τῶν κακῶν φειδόμενον, ἀλλ' ὥσπερ ὑπ' ἀνάγκης ἐλαυνόμενον,

Si vero conniuent, et palpebrae ſunt tuberculis obſitae, et frons valde laxa cum auſteritate, haec ſigna ſunt viri fidi, benefici, prudentis et ſapientis. Sicci vero oculi triſti aſpectu, comitate pleni ſunt. Si autem frons eſt ſcabra, oculi ſixi, et palpebrae rectae, tunc indicat virum valde prudentem qui omne opus perficere ſtudet, et nihil malis remittit, niſi a neceſſitate cogatur, et ſic vide-

138. Κεχαλασμέναι) *Tuberculis obſitae,* poſſes etiam reddere *laxae.* Sed χαλασμέναι ὀφρύες ſunt palpebrae χάλαζα laborantes, quae oritur ex humore lento ibi concreto. Ergo ὀφρύες κεχαλασμένοι, ſunt palpebrae, in quibus tubercula parua mobilia ſunt, quae digito huc vel illuc impelluntur, conduntürque aliquando ſub cute, nonnumquam ſub cartilagine, κριθαῖς ſimilia, ſed non eiuſdem figurae. Grandini ſunt quoad figuram rotundam et pellucidam ſimilia et ex iis, ſi diſſecantur, humor emanat ſimilis oui candido, v. Gal. in Iſag. T. IV. p. 8.

139. Λυπηρὸν) Eſt etiam ſic apud Adamant. I. Κεφ. ιϛ. alioqui maluerit fortaſſe aliquis λιπαρὸν. *Sylb.* Praeferrem tamen λιπαρὸν, quia *pulcrum obtutum cum ſiccitate coniunctum* indicat, qui comitati conuenit.

140. Ἀγριοβούλον) Mallem vel ἀριστόβουλον, vel ἀνδρόβουλον propter ſequentia, nam ἀγριοβούλον mihi ſuſpecta vox videtur.

μενον, οὕτω πᾶν τὸ αὐτῷ δοκοῦν πληροῦν σπεύδοντα. Ὀφθαλμοὶ [141] συγκλειόμενοι, καὶ πάλιν ἐπανοιγόμενοι, ἐπίβουλον καὶ ἐπίτριπτον ἄνδρα σημαίνουσι. Καὶ εἰ μὲν ὑγροί εἰσι, φροντιστὴν καὶ φιλοτέχνην. Εἰ δὲ [142] τρόμος αὐτοῖς ἐστὶ, καὶ ἅμα ὠχρότης, μανίαν ἢ ἐπιληψίαν δηλοῦσι νοσεῖν τὸν ἄνδρα. Ὅσοις δὲ ὀφθαλμοῖς [143] ἡ τάσις ἐστὶν ἀεὶ, εἰ μὲν πρὸς τὸ συγκλείεσθαι ὑποῤῥέοιεν, καὶ εἰς τὸ ἄνω χωροῦσιν, ἀκόλαστον, μάταιόν τε, καὶ μαινόμενον ἄνδρα μαρτυροῦσιν. Εἰ δὲ καὶ ὑγροὶ ὄντες, εἰσὶ καὶ ὀρθοὶ, καὶ συγκλείονται μετὰ μεγέθους, καὶ τοῦ [144] εὐλαμποῦς, καὶ μετώπου λείου, εὐλα-
βῆ

tur ipſi omne feſtinanter implendum eſſe. Oculi vero ſe claudentes, et rurſum aperientes, inſidioſum et perditum notant virum. At ſi humidi ſunt, prudentem ac artium amicum. Si autem ſimul tremunt, ac pallidi ſunt, mania et epilepſia laborantem indicant virum. Quibuſcumque autem oculi ita ſemper ſunt extenſi, vt ad claudendum ſe vergant, et ad ſurſum tollendum, hi libidinoſum, vanum ac inſanum oſtendunt virum. Verum ſi ſunt humidi et erecti, et clauduntur, ſi vna magni ſunt et ſplendentes, et frons laeuigata eſt,

141. Συγκλειόμενοι) Ariſt. p. 156. habet σκαρδαμύττει, et timiditatis facit notam.

142. Τρόμος) Hippocr. de hoc motu voce ὑποστρέφεσθαι vtitur in Progn. S. II. p. 4.

143. Τάσις) *Extenſio* illa ex humiditate oculi eſt deducenda, quae molles affectus indicat.

144. Εὐλαμποῦς) Mallem, *Egregium ſplendorem emittentes*, qui neque irati, neque libidinoſi, ſed bene va-

βῆ ἄνδρα σημαίνουσιν, εὔβουλόν τε, καὶ φιλομαθῆ· [145] γλυκύνουν τε, καὶ ἐρωτικὸν ἄνδρα σημαίνουσιν. Εἰ δὲ ξηροί εἰσι, [146] θρασὺν, κακομήχανόν τε, καὶ ἄδικον σημαίνουσιν. Ὁ δὲ τὸ μέτωπον ἔχων τραχὺ, ὀφρῦς τε [147] συντετραμμένας, [148] βλέφαρα σκληρὰ, πεπηγότα, ἀγριώτερος τὸν θυμὸν, τολμᾶν ἑτοιμότερος, [149] χαυνούμενος τοῖς ἐπαίνοις, καὶ ταῖς

tunc indicant circumſpectum, prudentem et litterarum amantem virum: ſed etiam notant animo hilarem et amatorem. Si autem ſunt ſicci, proteruum, et malorum artificem, et iniuſtum ſignificant. Qui autem habet frontem aſperam, ſupercilia concurrentia, palpebras rigidas atque fixas, talis vir eſt quoad animum ferocior, ad audendum paratior, propter

lentis et corporis robore inſtructi prae ſe ferunt imaginem.

145. Γλυκύνουν) *Animo hilarem*, mallem, *qui oblectationibus deditus eſt*, quae et animum et corpus afficiunt, v.c. ludis ſcenicis, iocis, libris laſciue conſcriptis, ſaltationibus, et quae hilaritati, voluptatique inſeruiunt. Forte γλυκύνους non iniuria delicatulos noſtra aetate, comas vnguento bene olente, puluereque gratiſſimum odorem ſpargente conſpergentes, et totum corpus balſamo et aquis odoriferis illinentes deſignant.

146. Θρασὺν) Haec vox h. l. in primario ſuo ſignificatu accipitur, *temerarium audacem*, et ſic Ammon. de diff. voc. etiam dicit. Θράσος μὲν γάρ ἐστιν ἡ ἄλογος ὁρμή.

147. Συντετραμμένας) Rectius συνεστραμμένας ex Adam. I. Κεφ. ις΄. *Sylb.* *Collecta*, vel etiam *contracta*, quae ſeueritatem indicant.

148. Βλέφαρα σκλ.) *Palpebras rigidas*, quae ex ſiccitate fiunt nimia, nam natura ſua palpebrae ſunt membranae ex pericranio deductae, et muſculis exilibus conſtantes, adeoque ſiccae; quae ſiccitas modum excedens rigiditatis cauſa fit.

149. Χαυνούμενος) Eodem

ταῖς τιμαῖς· [150] πειθόμενος δὲ ἐν δώροις ὁ τοιοῦτος ἀνήρ. Ὅσοι δὲ τὰ βλέφαρα οὐκ ἔχουσιν ὀρθὰ, οὐδὲ τὰς ὀφρῦς ἀκλινεῖς, ἀλλὰ τρόμος αὐτοῖς ἔνεστι, καὶ ὄμμα ἅμα καὶ τὸ βλέμμα ὑποκινεῖται, οὗτοι, ἀνδρόγυνοι ὄντες, ἄνδρες εἶναι βιάζονται. Ὀφθαλμοὶ πυκνὰ [151] ἐπιμεγαλα ἀνοιγόμενοι, καὶ ἅμα ἱστάμενοι ὡς νοοῦντες, τὴν αἰτίαν αὐτῶν δηλοῦσι, καὶ τὴν ἔννοιαν. Δηλοῖ καὶ αὐτοὺς τὸ ξηρὸν, τὸ ὑγρὸν, τὸ λαμπρὸν, τὸ μαλακὸν, τὸ ἔκλαμπρον,

laudes et honores inflatus, et omnem ſpem in donis collocat. Quicumque autem neque palpebras rectas habent, neque ſupercilia deflexa, ſed iis ineſt trepidatio, ita vt oculus ſimul et obtutus moueatur, eiuſmodi ſunt androgyni, qui ſe viros eſſe cogunt. Oculi creberrime et valde aperti, et ſimul ſtantes, ſicut cogitabundi, eamdem cauſam produnt, et cogitationes. Manifeſtat quoque illos, ſiccum, humidum, ſplendidum, molle, lucidum, obſcurum,

ſenſu vtitur Plutarch. de liberor. educ. c. 12. Χαυνοῦνται γὰρ ταῖς ὑπερβολαῖς τῶν ἐπαίνων καὶ θρύπτονται. *Inflantur laudum encomiis nimiis atque corrumpuntur.*

150. Πειθόμενος) *Omnem ſpem in donis collocat*, ſcilicet a natura ſibi conceſſis, ex Stoicorum placito: *Sapientis felicitatem pendere ex ſe ipſo, non a rebus externis et fortuitis, eumque in ſe omnia poſita habere.* V. Cic. Parad. II. c. 1. *Nemo poteſt non beatiſſimus eſſe, qui eſt totus aptus ex ſeſe, quique in ſe vno ponit omnia*; et ad Fam. L. V. ep. 13. *Quam laudem ſapientiae ſtatuo eſſe maximam, non aliunde pendere, nec extrinſecus, aut bene, aut male viuendi rationes ſuſpenſas habere.*

151. Ἐπιμέγαλα) Rectius ἐπὶ μέγα, Adam. I. Κεφ. ιζ΄, *Sylb.*

τὸ σκοτεινὸν, τὸ μέγα, τὸ μικρὸν, τὸ κοῖλον, τὸ ὑψηλὸν, τὸ ἀτενὲς, καὶ [152] τὰ ἄλλα ἄττα ἐπὶ τούτοις πολλάκις εἴρηται. Ὅσοι οὖν ἀεὶ ὀφθαλμοὶ ἀνεῳγμένοι εἰσὶ, [153] σκοτεινοὶ ὄντες, καὶ ὑγροὶ, φροντιςὰς δηλοῦσιν ἄνδρας. Εἰ δὲ πρὸς τούτοις [154] ἥμερον βλέπουσι καὶ χρηςοὺς σημαίνουσιν. Ὀφθαλμοὶ ἐκπεπετασμένοι ξηροὶ, μαρμαρύσσοντες καὶ θαρὸν καὶ λάμποντες, ἀναισχύντους καὶ παντόλμους δηλοῦσιν ἄνδρας. Ὀφθαλμοὶ [155] σκαρδάμυκτοι,

magnum, paruum, cauum, altum, et fixum, aliaque, de quibus iam dictum est saepius. Igitur quibuscumque oculi semper sunt aperti, et obscuri aeque ac humidi, prudentes habentur viri: Si vero mansueto insuper sunt obtutu, simul frugales notant. Oculi explicati, sicci, splendentes pure, et lucentes, impudentes et omnia conantes indicant viros. Oculi

152. Τὰ ἄλλα) Ed. Rom. τ' ἄλλα habet.

153. Σκοτεινοὶ) *Obscuri*, id est, nubili cum tristitia, ex retractione, qua in profundum recedit repraesentatio animi.

154. Ἥμερον) *Mansuetum*, vel retractum aspectum, qui oritur ex affectuum cohibitione.

155. Σκαρδάμυκτοι) Legendum vel σκαρδαμύκται, vel σκαρδαμυκτικοί. Adam. I. Κεφ. ιή. habet σκαρδαμύττοντες. *Sylb.* Plin. signum timiditatis quoque nictationem statuit, H. N. L. XI. 37. (54) *Plerisque vero naturale, vt nictari non cessent, quos pauidiores accepimus* ef. Arist. hist. anim. L. I. c. 9. Nictationum autem officium in genis, quas ea de causa natura dedit, ceu vallum quoddam visus et prominens munimentum contra occursantia animalia, aut alia fortuito incidentia. Crebriorum autem nictationum causa est cutis mollities, quae genis obducta est, v. Arist. de part. anim. L. II. c. 13.

μυκτοι, δειλίας κατήγοροί εἰσιν. Ἐπίβουλοι δὲ καὶ οἱ τοιοῦτοι, καὶ δόλον κρύπτοντες· ἢ κακόν τι κρυπτὸν ἀρτύουσιν οἱ τοιοῦτοι ἄνδρες. Αὐτοὶ δὲ οὗτοι, [156] διάστροφοι, ἢ ὕπωχροι ὄντες, μωρίαν δηλοῦσιν. Ὀφθαλμοὶ [157] ἀσκαρδάμυκτοι, δεινὸν βλέποντες, κακόν τι μηχανᾶσθαι τὸν ἄνδρα κατηγοροῦσι. Πράως δὲ ἐστῶτες, καὶ νοτίδος ἐνούσης, φροντιστὴν ἄνδρα, φιλομαθῆ, ἐρωτικὸν, ἥμερα ἤθη κεκτημένον σημαίνουσι. Ὅσοι δὲ ἀσκαρδαμύκτοι ὄντες, ὠχροὶ, ἢ [158] φοινικοῖ φαίνονται, ἅμα ξηρότητι,

conniuentes, arguunt timiditatem. Verum tales quoque ſunt inſidioſi, et fraudem celantes, vel malum aliquod latens ornantes. Verumtamen ii ipſi ſi ſunt obliqui et ſubpallidi, fatuitatem produnt. Oculi non conniuentes, truci viſu, arguunt aliquem malum aliquod parare. Si autem facile eriguntur et humiditas ipſis ineſt, virum prudentem, docilem, amabilem, et modeſtis moribus praeditum declarant. Quicumque autem non ſunt conniuentes, pallidi, aut rubri apparentes,

156. Διάστροφοι) *Obliqui* nimirum neruos valde affici declarant.

157. Ἀσκαρδάμυκτοι) *Non conniuentes*, ἀσκαρδαμύσσειν eſt, inconniuenter aſpicere et oculis eſſe fixis et inconcluſis, quod fit a duriore palpebra, quae calidioris et ſiccioris naturae nota eſt. Sic Caius habuit rigentes v. Suet. in Calig. c. 50. et Plinius commemorat in Caii principis ludo *duo fuiſſe gladiatores, qui contra comminationem aliquam non conniverent, et ob id inuicti. Tantae hoc difficultatis eſt homini.* Sub finem pro σημαίνουσι ed. Rom. habet σημαίνει.

158. Φοινικοῖ) In exemplari eſt φονικοὶ: minus apte. Φοινικοῖ petitum ex Adam. I. Κεφ. κη. atque ita paulo poſt ἐπιφοινίσσουσι. *Sylb.*

τι, κακίαν, καὶ μάχην, καὶ [159] ὀργὴν, ἢ δαιμονιακὴν κακότητα, ἢ μωρίαν τοῦ ἀνδρὸς κατηγορεῦσι. Εἰ δὲ τοιοῦτοι ὄντες, αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς [160] περιδινοῦνται, μανίᾳ καρτερᾷ συνέχονται. [161] Ἡ κύστις [162] ὀφθαλμοῦ κατώθεν προσκειμένη, οἰνόφλυγας, καὶ ὑπνηλοὺς ἄνδρας σημαίνει. Εἰ δὲ καὶ ἄνω οὐχὶ κάτω πρόσκειται μόνον, ὁμοίως σημαίνει. Ὅσοι ὀφθαλμοὶ [163] ὑποφοινίσσουσιν, εἰ μὲν ἅμα ξηρότεροι,

ſimul cum humiditate, malitiam, et contentionem, et iram, aut malitiam daemoniacam, aut fatuitatem oſtendunt. Si autem hi oculi in gyro inuicem circumaguntur, violenta corripiuntur mania. Si veſicula oculi deorſum eſt directa, vinoſos et ſomnolentos viros declarat. Si autem ſurſum tantum, non autem deorſum directa eſt, idem aeque ſignificat. Quibuſcunque oculi ſubrubri ſunt, et quidem

159. Ὀργὴν) Idem in vniverſum de ἀσκαρδαμύκτοις dicit Hippocr. Epid. L. II. S. VI. ἀσκαρδαμύκτοι, ὀξύθυμοι. *Qui inconniuentibus oculis intuentur, irae ſunt admodum praecipites.*

160. Περιδίνουνται) Parum recte in eodem exemplari περιδένυνται. *Sylb.* Praecipue in conſenſum trahuntur nerui optici, qui ſic in mania inflectuntur ac contorquentur, vt ſpiritibus animalibus denegetur tranſitus.

161. Ἡ κύστις) Vide Ariſt. ſupra p. 127.

162. Ὀφθαλμοῦ κ.) Adam. habet l. l. ὀφθαλμοῖς κάτω προσκ. *Sylb.*

163. Ὑποφοινίσσουσιν) Supra apud Ariſtot. p. 143. eſt ἐπιφοινίσσουσι, *ſupererubeſcunt, ad purpureum colorem vergunt*, vehemens ira hac voce indicatur de qua Perſ. Sat. III. v. 116. *Nunc face ſuppoſita, ferueſcit ſanguis, et ira, Scintillant oculi: dicisque facisque quod ipſe Non ſane eſſe hominis, non ſanus iuret Oreſtes.*

ῥοι, πολλὴν ὀργὴν ἔχειν τὸν ἄνδρα κατηγοροῦσιν· εἰ δὲ ὑγρότεροι, οἰνόφλυγα σημαίνουσι. [164]Γλαυκότης ὀφθαλμῶν, ἀγριώτερον ἄνδρα δηλοῖ. Γλαυκὰ γὰρ τῶν [165]ἀλόγων ζώων τὰ πλείονα· τὰ δὲ ἥμερα μελανώτερα ποῦ εὑρήσεις. Τῶν δὲ γλαυκῶν τὸ μὲν λίαν λευκὸν, δειλόν· τὸ δὲ χολῶδες, ἄγροικον ὄντα δηλοῖ. Τὸ δὲ ταῖς ἐλαίαις κατὰ τὴν χροιὰν ὅμοιον, δυνατὸν ἄνδρα δηλοῖ. Τοῦ γε μὴν μέλανος, τὸ μὲν [166]πάνυ μέλαν, δεινόν τε, καὶ δολερόν· τὸ δὲ [167]ὑπόξανθον, ἰσχυρόν τε, καὶ μεγαλόψυχον. Τὰ μαρμαρύσσοντα ὄμματα [168]μεγαλο-

simul ſicciores, indicant magnam viri iracundiam: ſi vero humidiores, vinoſitatem. Oculi glauci ferocem virum manifeſtant. Plurima enim animalia ratione carentia glaucos habent oculos: vbinam vero mitiora et nigriora inuenies. Inter glaucos vero, ſi valde albus eſt, timidum; ſi vero fuluus eſt, inurbanum eſſe declarat. Similis vero quoad colorem oleae, potentem virum prodit. At vero quoad nigrum, ſi valde niger eſt, nefarium et inſidioſum; ſubflauus, fortem et magnanimum. Oculos conniuentes et alte

164. Γλαυκότης) Vide ſupra Ariſtot. p. 145. not. 164.

165 Ἀλόγων ζώων) Plin. H. N. L. XI. c. 37. (53.) ſpeciem animalium ponit: Et *equorum quibuſdam glauci.* Et (54.) *Diuo Auguſto equorum modo glauci fuere.*

166. Πάνυ μέλαν) Paulo aliter Ariſt. p. 145.

167. Ὑποξάνθον) Ariſtot. p. 145. vocat ἄγαν μέλανες κλίνοντας πρὸς τὸ ξανθὸν χρῶμα.

168. Μεγαλοχροίας) Rectius μελανοχροίας: et mox κλεπτοσύνας. Apud Adam. I. Κεφ. ιγ΄. certe μέλανες eſt, κλεπτοσύνης autem vocabulum apud eumdem legitur L. II. Κεφ. ιη΄. *Sylb.*

γαλοχροίας ἔχοντα χαίροντα ἄνδρα εἰς κλεψοσύνας σημαίνει. [169] Ὀξεῖς ὀφθαλμοὶ, ταραχώδεις, ἅρπαγας σημαίνουσιν. Οἱ δὲ λεπτοὶ ὄντες, τὰ βλέφαρα ἐπιβάλλοντες, [170] ἀνδρόγυνον τὸν τοιοῦτον σημαίνουσιν. Οἱ δὲ τὸ ἕτερον τῶν βλεφάρων [171] ὑποβάλλοντες, καὶ ἀνατρεπόμενοι ἀμαυρότητα, πράως τε, καὶ [172] μαλακῶς βλέποντες, [173] Φανταστὴν, καλλωπι-

coloratos qui habet, esse censetur vir qui furacitatibus delectatur Acuti oculi trementes, raptores indicant. Exigui oculi immissi sub palpebris, androgynum indicant. Qui vero vnam palpebrarum attollunt, et conuertendo alteram obscurant, facile et molliter videntes, visiones concipientem, nimii

269. Ὀξεῖς) Arist. vocat εὐκινήτους ὀφθαλ. κ. τ. λ. p. 155 vide not. 203.

170. Ἀνδρόγυνον) Quem et ἑρμαφρόδιτον vocant, de quo multae exstant fabulae quas non apponimus, ne crambem bis coctam recoquere videamur, h. l. notat mollem.

171. Ὑποβάλλοντες) Apud Adam. l. Κεφ. κ′. ἐπιβάλλοντες καὶ ἀνατρεπόμενοι ἅμα ὑγρότητι. *Sylb.* Neque enim video, quid per ἀμαυρότητα designare voluerit, quae statum morbosum, totiusque in oculo lucis impedimentum notat, et non cum sequentibus conuenit.

172. Μαλακῶς) Adam. habet l. l. μαλθακῶς.

173. Φανταστὴν) Reponendum censeo φαντασιαστὴν, pro barbara et inusitata voce φ. Notat vero: *Visiones habentem.* Visiones autem fiunt vel ope nerui optici et imaginationis nimiae, vel per effusionem humiditatis, quae posterior causa huc referenda est, firmans simul Sylb. lectionem supra ὑγρότητι. Haec effusio efficit vt v. c. videamus volitantes ante oculos quasi muscas, vel saltantes formicas, et interdum singula gemina conspiciuntur, qualis fuit morbus شذي, cuius meminit Abenzoar Lib. I. cap. I. tr. 8.

λωπιςὴν, καὶ μοιχὸν τὸν ἄνδρα σημαίνουσιν. Ἕτεροι δὲ καὶ [174] τὰ μέσα τῶν βλεφάρων συμμύουσι καὶ καθέλκουσι, τὰ δὲ ἀμφοτέρωθεν ἀνασπῶσι καὶ ἅμα ὡς φοβούμενοι. Μοιχοὶ καὶ αὐτοὶ δηλονότι εἰσὶν οἱ ἄνδρες.

ζ. ΠΕΡΙ ΩΤΩΝ.

[1] Ὦτα μεγάλα, ἀναίσθητον ἄνδρα σημαίνει. [2] Ὦτα δὲ μικρὰ, κακοήθη καὶ πανοῦργον ἄνδρα δηλοῦσιν. Ὦτα μικρὰ ἑςηκότα, καὶ ὥσπερ κυνῶν ὑπάρχοντα, μωρὸν ἄνδρα κατηγοροῦσιν. Ὦτα [3] τετράγωνα,

cultus ſtudioſum et adulterum notant. Alii vero, qui mediis palpebrarum conniuent, et diducunt, eaque ab vna ad alteram partem attollunt ſicut timidi, eiuſmodi viri, vti conſtat, adulteri ſunt.

VII. De auribus.

Aures magnae, virum ſenſu deſtitutum notant. Aures paruae, paruis moribus praeditum et maleficum produnt. Exiguae aures arrectae ſicut canum, fatuum arguunt. Aures

174. Τὰ μέσα) Huic obtutui et motui palpebrarum, rectus obtutus, palpebrarum recta motio opponitur, quam commendat Salomo Prou. IV. 25.

1. Ὦτα μεγ.) Eiuſmodi Ariſtot. p. 138. tribuit aſinis, ſtupiditatiſque facit indices. Alex. ab Alex. L. II. c. 19. idem innuit: *Magnas auriculas ſtultum deſignare voluerunt, et loquacem.*

2. Ὦτα δὲ μ.) Tales ſimiales vocat Ariſt. p. 137.

3. Τετράγωνα) Hanc vocem non addit Ariſt. p. 138. ſed tantum ὦτα μέτρια, et in hiſt. anim. L. I. c. 11. μέσα appellat.

4. Ἄλλως τε καὶ) Hae voces in Polemone defiderantur.

5. Ὑπὸ) Hanc praepofitionem pro vulgari ἐπὶ repofui ex MS. et Polemone, p. 181. *Sylb.* Vide ibi not. 6.

6. Εὐμήκεις) Polemo, εὐήλικες. Vox ξανθοὶ abeft ab eodem Pol.

7. Τὰς κόμας) Has voces ignorat Polemo, vt et γλαυκοί.

8. Σαρκὶ λαγαρᾷ) MS. σάρκες λαγαραί: minus belle. *Sylb.*

9. Ἁπλοῖ) Polemo p. 182. ἁπλοϊκοί, et pro θερμόβουλοι in fqq. θερμοί.

Οἱ δὲ ὑπὸ τῇ μεσημβρίᾳ, μελανότριχες, οὐλότριχες, μελανόφθαλμοι, λεπτοσκελεῖς, [10] εὐμαθεῖς, πολυγνώμονες, [11] κουφόνοι, ψεῦσται, κερδαλέοι, ἐπίκλοπα νοήματα ἔχοντες. Ἧσσον δὲ, καὶ μᾶλλον ἑκάτεροι αὐτῶν ἕκαστα τούτων ἔχουσιν, [12] ὅσῳ προσεχεῖς ἀλλήλων εἰσὶν, ἢ πάλιν διαστήματι πλείονι κεχωρισμένοι τῆς μεσημβρίας, ἢ [13] τοῦ ἄρκτου. Τὰ δὲ μέσα τῆς οἰκήσεως, μέσην ἔχει τὴν ἰδέαν καὶ [14] συμμιγῆ σημεῖα καὶ τὰς γνώμας. Οἱ δὲ ἑῷοι καὶ ἑσπέριοι, καθὸ μεσημβρινώτεροι [15] καὶ ἀρκτικώτεροί

versus meridiem sunt capillis nigris, crispis, oculis nigris, tenuibus cruribus, dociles, animo inconstantes, leues, mendaces, astuti, vafra ingenia habentes. Vtrique autem magis vel minus singulare quid de his habent, quatenus sibi inuicem vel proxime accedunt, vel interuallo maiori a septemtrione, aut meridie, sunt disiuncti. Media autem regio, mediam formam et inter se mixta signa producit aeque ac internos affectus. Orientales autem et occidentales, sicuti ad meridiem et septemtrionem magis vergunt, etiam inter se ex hac

10. Εὐμαθεῖς) Sic reposui ex MS. pro vulgari ἀμαθεῖς, eamque lectionem postulat in praecedenti antithesi oppositum δυσμαθεῖς. *Sylb.*

11. Κουφόνοι) Polemo, κουφόνοες.

12. Ὅσῳ προσεχεῖς) Nota enallagen: sensus enim requirit comparatiuum, ὅσῳ προσεχέστερον *Sylb.* ὅσον προσεχεῖς Polemo.

13. Τοῦ ἄρκτου) Polemo τῆς ἄρκτου. Supra apud Nostrum etiam τῇ ἄρκτῳ. Cf. Vitruu. L. VI. c. 1.

14. Συμμιγῆ) Post συμμιγῆ leguntur apud Polem. p. 183. v. τά τε.

15. Καὶ ἀρκτικώτεροι) Haec verba absunt a Polemone.

τεροί εἰσιν αὐτοὶ ἑαυτῶν διαφέρουσιν. Ἔχουσι γὰρ [16] διαφορὰν τινῶν, οἱ τὰ ἄκρα τῆς Λιβύης τὰ ἑσπέρια νεμόμενοι, καὶ Ἰβήρων οἱ εἰς τὴν ἔξω θάλασσαν καθήκοντες· καί τοι ἀμφότεροι ἑσπέριοί εἰσιν· ἀλλὰ οἱ μὲν Λίβυες, Αἰθιόψιν ὅμοιοι· οἱ δὲ [17] Ἴβηρες, Κελτοῖς. Ὡς γὰρ ἐν βραχεῖ δηλῶσαι, ἡ μὲν μεσημβρία, ξηρότητι, καὶ θερμότητι, [18] ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον κέκραται· ἡ δὲ ἄρκτος, ὑγρότητι, καὶ ψυχρότητι· [19] τὰ δὲ ἄλλα χωρία, καθόσον τούτων ἑκάτερα πλησιάζει, καὶ τῆς κράσεως τάτε εἴδη, καὶ τὰ ἤθη [20] παρεχομένης. Πλὴν αἴτιον πολλοῖς γεγένηται,

differunt cauſa. Qui enim fines Libyae occidentales incolunt, differentiam horum habent, et Iberorum, qui maris litora habitant, ac vtrique occidentales ſunt. Nam Libyes Aethiopibus, et Iberi Celtibus ſimiles ſunt, quod quidem breuiſſime planum fiet; meridionalis enim plaga ſiccitate ac caliditate quam maxime permixta eſt, ſeptemtrionalis vero humiditate et frigiditate. Reliquae autem regiones, quae ſibi propinquiores ſunt, de harum quoque temperatura et formae et mores aliquid aſſumunt, niſi in eo cauſa latere quaedam videatur, quod multi ab aliis genti-

16. Διαφορὰν τινῶν) Poſſis etiam legere διαφοράν τινα. *Sylb.*

17. Οἱ δὲ Ἰβ.) Polemo p. 148. οἱ δὲ καὶ Κελτοί, vide ibi not. 17.

18. Ὡς ἐπὶ τὸ πλ.) MS. coniuncte ἐπιτοπλεῖστον. *Sylb.*

19. Τὰ δὲ ἄλλα) Plenius et integrius haec apud Polemonem leguntur p. 184. *Sylb.*

20. Παρεχομένης) Pariſ. ed. et MS. παρεχομένους. *Sylb.*

γένηται, τὸ πολλοὺς ἀπ' ἄλλων ἐθνῶν εἰς ἕτερα μετελθόντας κατῳκηκέναι.

κδ. ΠΕΡΙ ΕΙΔΟΥΣ ΈΛΛΗΝΙΚΟΥ.

Εἰ δέ τισι τὸ [1] Ἑλληνικὸν καὶ Ἰωνικὸν γένος ἐφυλάχθη καθαρῶς, οὗτοί εἰσιν αὐτάρκως [2] μεγάλοι ἄνδρες, εὐρύτεροι, ὄρθιοι, εὐπαγεῖς, λευκότεροι τὴν χρόαν, ξανθοί σαρκὸς κρᾶσιν ἔχοντες [3] μετρίαν, εὐπαγεστέραν,

bus ad alias tranſmigrantes fixam ſedem inter illas collocarunt.

XXIV. De forma Graeca.

Qui autem inter has nationes genus Helleniſticum et Ionicum ſeruant integerrime, ſunt viri ſatis magni, lati, recti, bene compacti, quoad colorem albidiores, rubri, temperatu-

1. Ἑλληνικὸν) Aliam differentiam Graecorum ex internis ſenſibus depromtam ſuppeditat Ariſtot. Polit. L. VII. c. 7. Ἕλληνες autem ex ſententia Ariſtot. Meteorol. L. I. c. 14. ſunt, qui circa Dodonem et Acheloum habitarunt, vbi Selli commorati ſunt.

2. Μεγάλοι etc.) His conuenire videtur quae Hippocr. de aere, aquis et locis, Sect. III. p. 71. tradit: Ἀσίην πλεῖστον διαφέρειν τῆς Εὐρώπης, ἐς τὰς φυσίας τῶν ξυμπάντων τῶν τε ἐκ τῆς γῆς φυομένων, καὶ τῶν ἀνθρώπων. Πολὺ γὰρ καλλίονα καὶ μέζονα πάντα γίνεται ἐν τῇ Ἀσίῃ, ἥ τε χώρα τῆς χώρης ἡμερωτέρη, καὶ τὰ ἔθνεα τῶν ἀνθρώπων ἠπιώτερα, καὶ εὐεργότερα. *Aſia plurimum Europae praeſtat, tum eorum omnium natura quae e terra producuntur, tum hominum. Longe enim pulcriora et maiora omnia in Aſia gignuntur, regioque ipſa hac noſtra mitior, et hominum mores humaniores et benigniores.* Quare vox αὐτάρκως hanc differentiam indicare videtur.

3. Μετρίαν) Forte melius μετρίως εὐπ.

ραν, σκέλη ὀρθὰ, [4] ἄκρα εὐφυῆ· κεφαλὴν μέσην τὸ μέγεθος, περιαγῆ· τράχηλον εὔρωστον· τρίχωμα ὑπόξανθον, ἁπαλώτερον, οὖλον πράως· πρόσωπον τετράγωνον, χείλη λεπτὰ, ῥῖνα ὀρθήν· ὀφθαλμοὺς ὑγροὺς, χαροποὺς, γοργοὺς, φῶς πολὺ ἔχοντας [5] ἐν αὐτοῖς· εὐοφθαλμότατον γὰρ πάντων ἐθνῶν τὸ Ἑλληνικόν.

κε. ΠΕΡΙ ΧΡΟΙΑΣ.

Δῆλον δὲ ἀπὸ τῶν [1] προλελεγομένων, [2] ὅτι μέλαινα χροιὰ, δειλίαν καὶ πολυμηχανίαν μηνύει· ἡ δὲ λευκὴ καὶ

ram carnis habentes mediocriter compactiorem, et crura recta extensa, et extremitates bene formatas. Caput mediocris magnitudinis, et mobile, collum validum, capillos flauescentes tenerosque, facileque se crispantes, frontem quadratam, labia tenuia, nasum rectum, oculos humidos, charopos, toruos, multum lucis continentes: inter omnes enim nationes Graeci optimos habent oculos.

XXV. De colore.

Ex ante dictis constat colorem nigrum timiditatem et astutiam innuere, album autem et flauescentem, robur ac fortitudinem, valde

4. Ἄκρα) Haec vox notat *extremitates corporis*, praecipue *manus* ac *pedes*.

5. Ἐν αὐτοῖς) MS. incontracte ἐν ἑαυτοῖς. *Sylb.*

1. Προλελεγόμενων) Pol. p. 185. addit σημείων.

2. Ὅτι) MS. ὅσοις μὲν pro ὅτι. *Sylb.* Polemo, ἡ μέλαινα χροίαν.

καὶ ὑπόξανθος, ἀλκὴν καὶ θυμὸν [3] λέγει· τὸ δὲ πάνυ λευκὸν ἄκρατον, [4] εἰς ἀνδρείαν φέρει· πυῤῥὸν δὲ [5] τὸ σῶμα πᾶν, [6] δολεροῦ καὶ πολυτρόπου ἀνδρός ἐστι δεῖγμα. Χροιὰ δὲ ἀνατετραμμένη ὑπόχλωρος, [7] δειλίας ἅμα, καὶ κακομηχανίας σημεῖον, εἰ μὴ ὑπὸ νόσου γεγένηται. Τὸ δὲ [8] μελίχλωρον καλούμενον χρῶμα, δειλὸν, γαστρίμαργον, [9] λάλον, ὀργίλον, γλωσσάλγον. Τὸ δὲ [10] φλογοειδὲς χρῶμα, ἐμμανές· τὸ δὲ πράως ἐρυθρὸν, εὐφυὲς, εὐμαθὲς, ὀξυκίνητον. Ταῦτα μὲν περὶ πάντος [11] σώματος·

κατὰ

albus, intemperantem, et ad virilitatem perducit. Color vero luteus aliis interſperſis, timiditatis ſimul ac fraudum eſt ſignum, niſi ex morbo prouenerit. Color autem fuſcus qui dicitur, timidum, guloſum, loquacem, iracundum, et maledice loquacem prodit. Color flammeae formae, conſtantem; leuiter ruber, ingenuum, docilem, et celerrime mobilem. Et haec quidem de corpore in vniuerſum dicta ſunto. Sigillatim vero qui ſterna habent ſubrubra, iram intus feruentem an-

3. Λέγει) Pro vulg. μηνύει repoſitum ex MS. *Sylb.*

4. Εἰς ἀνδρείαν) Polemo, ἀνανδρίαν σημαίνει.

5. Τὸ) Articulum non agnoſcit Polemo.

6. Δολεροῦ) Polemo, πανωλεθρίαν.

7. Δειλίας ἅμα) Polemo δειλίας μεστὸν, καὶ, κ. τ. λ.

8. Μελίχλωρον) Polemo μεγαλόχλωρον, vide p. 186. not. 28.

9. Λάλον) Haec vox abeſt a Polemone.

10. Φλογοειδὲς) Polemo, φλογῶδες, et pro ἐμμανές inſeqq. habet σημαίνει τὸν ἄνδρα κατήγορον εἶναι.

11. Σώματος) Polemo inſerendo articulum τοῦ σώματος legit.

κατὰ μέρος δὲ, [12] τὰ στέρνα ὑπέρυθρα ὄντα, ζέειν ἔνδον τὴν ὀργὴν ἀπαγγέλλει· ὥσπερ εἴ τις τὰς καὶ περὶ τὸν αὐχένα φλέβας, καὶ τὰς ἐν τοῖς κροτάφοις, οἰδούσας ἔχει, [13] ὡς ἐμφανεῖς εἶναι, καὶ αἱματώδη ἔχει [14] τὴν χροιάν. Πρόσωπα αὐτὰ καθ' ἑαυτὰ ἐρυθρὰ, [15] αἰσχυντηλοὺς δηλοῖ. Εἰ δὲ μόναι αἱ παρειαὶ τοιαῦται εἶεν, οἰνόφλυγας σφᾶς λέγε. [16] Περὶ δὲ τῶν ἐν ὀφθαλμοῖς χροιῶν, εἴρηται μὲν ἤδη· καὶ ἐνταῦθα δὲ, ὅσα ἡ χρεία ἀπαιτεῖ, λεχθήσεται. Ὅσοι ὀφθαλμοὶ ὑποφοινίσσουσιν, εἰ μὲν ἅμα [17] ξηρότητι διακαεῖς εἶεν, ὀργίλους εἶναι λέγων, οὐκ ἂν ἁμάρτοις· εἰ δὲ ἅμα ὑγρότητι, οἰνόφλυγες. Γλαυκότης

nunciant, ſic quoque ſe res cum eo habet, cui circa ceruicem et in temporibus venae intumeſcentes conſpiciuntur, et quae colorem ſanguineum referunt. Quibus facies ſupererubeſcens eſt, verecundi ſunt: ſi vero genae tantummodo ſic ſunt, eos dicas vini amicos. De coloribus oculorum iam dictum eſt, hoc vero loco, quantum neceſſitas rei exigit, dicetur. Quicumque oculorum ſunt ſubrubri, et ſi prae ſiccitate quaſi ardent, non peccabis, ſi eiuſmodi homines iracundos dicas, ſi autem aeque humiditas adeſt, vinoſi ſunt. Oculi

12. Τὰ στέρνα ὑ.) Pol. p. 272. τὰ στερνὰ ὑπερυθριῶντες.

13. Ὡς) Particula ὡς abeſt a Polemone.

14. Τὴν χροίαν) MS. τὴν χρόαν. Sylb.

15. Αἰσχυντηλοὺς) MS. αἰσχυντηροὺς, minus vſitate. Sylb.

Polemo, p. 249. τραχεῖς ἄνδρας δηλοῦσιν.

16. Περὶ δὲ τῶν etc.) Aphoriſmus iſte in MS. rubrica et titulari forma exaratus eſt. Sylb.

17. Ξηρότητι) Polemo p. 236. ξηρότεροι, πολλὴν ὀργὴν ἔχειν τὸν ἄνδρα κ. τ. λ.

κότης ἐν ὀφθαλμοῖς, ἀγριώτερον· [18] μελανότης, ἡμερώτερον· γλαυκὰ γὰρ, τῶν [19] ἀγρίων ζώων τὰ πλείω· τὰ δὲ ἥμερα, μελανόμματά πως εὑρήσεις. Τῶν δὲ γλαυκῶν τὸ μὲν λίαν [20] γλαυκὸν, δειλόν· τὸ δὲ χολῶδες, [21] ἄγριον· τὸ δὲ ταῖς ἐλαίαις κατὰ τὴν χροιὰν ὅμοιον, [22] ἄλκιμον. Τοῦ γεμὴν μέλανος, τὸ μὲν πάνυ μέλαν, [23] δειλόν τε, καὶ δολερόν· τὸ δὲ ὑπόξανθον, [24] καρτερόν τε, καὶ μεγαλόψυχον· [25] τὰ γὰρ μαρμαρύσσοντα ὄμματα, μαργοσύνην κατηγορεῖ· τοιοῦτον γὰρ, καὶ ἡ αἴξ βλέπει. Τὰ δὲ [26] πυῤῥώδη, ἀναισχυντίαν· κυνὸς γὰρ τοῦτο τοῖς ὀφθαλ-

glaucedo, ferociorem, nigredo, mitiorem notat. Ferarum enim vt plurimum oculi sunt glauci, vbinam vero reperies mites nigrosque oculos? Inter glaucos vero nimia glaucedo timidum, fuluum vero in his, ferocem, et color oleae similis potentem virum notat. Ad nigrum vero quod attinet, nimia nigrities, timidum insidiosumque prodit, subflauum vero, fortem et magnanimum. Nitentes oculi proteruiam produnt, caprae enim sic

18. Μελανότης) Polemo p. 237. non agnoscit.

19. Ἀγρίων) Pro hac voce substituit Polemo ἀλόγων.

20. Γλαυκόν.) Polemo λευκὸν, haud dubie ex librariorum errore.

21. Ἄγριον) Polemo, ἄγροικον.

22. Ἄλκιμον) Polemo, δυνατὸν ἄνδρα δηλοῖ.

23. Δειλόν τε) Polemo δεινόν τε, quae literarum permutatio a librariis facile fieri potuit.

24. Καρτερὸν) Polemo, ἰσχυρόν.

25. Τὰ γὰρ μάρμαρ.) Paullo aliter hic canon apud Polemonem exaratus est.

26. Πυῤῥώδη) Supra quoque legitur aliquoties, sed

θαλμοῖς τεκμαίρου. 27 Ὠχρὰ δὲ ὄμματα καὶ ἀλλοχροίας ἔχοντα, 28 πτῶκα ἄνδρα, καὶ ὑποπτευτὴν σημαίνει. 29 Στίλβοντες ὀφθαλμοὶ, ἀφροδίσιοι· οἵους ἔχουσιν οἱ ὄρνιθες.

κϛ. ΠΕΡΙ ΤΡΙΧΩΝ.

Ἄνδρα 1 οὐλότριχα, δειλὸν καὶ κερδαλέον λέγε· τὸν δὲ ἰθύτριχα, ἀγριώτερον, καὶ ἀνοητότερον· ἀρίστη δὲ

conſpiciuntur. Rubri vero impudentiam indicant, canum enim oculis hoc ſignum ineſt. Pallidi autem oculi, quibus alii ſunt intertexti colores, pauidum ſuſpicioſumque virum indicant. Lucentes oculi ſunt venerei, tales enim aues habent.

XXVI. *De pilis.*

Virum pilis criſpis praeditum, timidum ac quaeſtuoſum appella, qui vero ſimplicibus gaudet, ferociorem, et imprudentiorem. Co-

malim hic cum MS. πυρώδη: quomodo etiam apud Ariſtotelem eſt, p. 146. l. 3. *Sylb.* Vide quae ibi nota 167 diximus.

27. Ὠχρὰ) Ariſtot. p. 146. ὠχρομμάτοι, qui tamen non agnoſcit ὑποπτευτήν.

28. Πτῶκα) Eſt proprie haec vox epitheton leporis, qui et πτὼξ dicitur, v. Hom. Il. χ'. v. 312. ἁρπάξων ὂ ἄρν' ἀμαλὴν, ἢ πτῶκα λαγωόν. *Raptura vel agnum tenerum, vel timidum leporem.*

29. Στίλβοντες) Ariſtot. p. 147. οἱ δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς ςιλπνοὺς ἔχοντες, λάγνοι.

1. Οὐλότριχα) Vide Ariſtot. ſupra p. 151. et Pol. p. 189.

δὲ κόμη, ἡ τὸ [2] μέσον τούτων ἔχουσα· ἐπεὶ [3] (καὶ) πυκνότης τριχῶν ἄκρα, θηριώδης· καὶ ψεδνότης δὲ, κακοηθείας, καὶ δόλου σημεῖον· τὸ δὲ τούτων μέσον, ἐπαινετόν. Μαλακαῖς δὲ πάνυ θριξὶ τετριχῶσθαι, γυναικεῖον. Οὐ μὴν αἱ πάνυ σκληραὶ τρίχες, ἀγαθαί· ἀγριότητος [4] (τὸ) γὰρ σημεῖον· τὸ δὲ μέσον καὶ ἐν τούτοις ἄριστον. Μέλαινα κόμη, δειλίαν, καὶ [5] πολυκερδίαν ἀπαγγέλλει. Ἡ δὲ ἄγαν [6] ξανθὴ, καὶ ὑπόλευκος, ὁποία Σκυθῶν, καὶ Κελτῶν, ἀμαθίαν καὶ σκαιότητα, καὶ ἀγριότητα· τὸ δὲ πράως ὑπόξανθον, εἰς εὐμαθίαν καὶ ἡμερότητα, καὶ εὐτεχνίαν

ma media in his optima eſt. Extrema pilorum denſitas, ferinum, raritas vero, prauorum morum ac fraudulentum notat. Inter haec autem media qualitas optima eſt. Admodum mollibus pilis tectus, femineus cenſetur. Neque admodum duri pili boni ſunt, ferociae enim ſignum illis ineſt. Et media qualitas in his optima. Pilus niger timiditatem, multamque quaeſtuoſitatem indicat. Valde fuluus et ſubalbus, qualis eſt Scytharum Celtarumque, indocilitatem, ſtuporem et feritatem prodit: Leuiter autem ſubfuluus ad docilitatem, manſuetudinem et ſolertiam ten-

2. Μέσον) Has Ariſtoteles ſupra p. 151. ἀκρούλους appellat.

3. (Καί) Incluſa καὶ abeſt a MS. *Sylb.*

4. Τό) Incluſum τὸ abeſt a MS. *Sylb.*

5. Πολυκερδίαν) MS. πολυκέρδειαν ἀγγέλλει *Sylb.* Vulgatum ἀπαγγέλλει ex praecedente ſyllaba αν, temere a librario repetita et in απ mutata, procul dubio originem traxit. Vide Pol. p. 190.

6. Ξανθή) Polem. p. 185 habet ξανθὴ καὶ λευκὴ, δύναμιν καὶ θυμὸν λέγει.

τεχνίαν [7] συντείνει. Πυῤῥότης δὲ ἄκρατος, [8] καὶ τὸ τῆς ῥοιᾶς ἄνθος, οὐκ ἀγαθόν· ὡς ἐπὶ πλεῖστον γάρ ἐστιν αὐτῶν τὰ ἤθη θηριώδη, καὶ ἀναίσχυντα καὶ φιλοκερδῆ. Σκέλη τετριχωμένα πάνυ θριξὶ πυκναῖς καὶ μεγάλαις, [9] δυσμαθίαν καὶ ἀγριότητα σημαίνει. Ὅσοις δὲ ὀσφύες καὶ μηροὶ χωρὶς τῶν ἄλλων [10] μερῶν πολύτριχές εἰσι, [11] λαγνείας εὐτυχοῦσι. Γαστέρα καὶ στήθη ἐπὶ πολὺ κομῶντας, κουφόνους καὶ ἀλλοπροσάλλους καὶ [12] ἀσελγεῖς λέγε. Ὤμους δὲ,

dit. Excedens rubedo, floribus balaustiorum similis, non bona, talium siquidem mores plerumque sunt feriores, impudentiores, et lucro quaerendo aptiores Crura pilis densis et magnis obsita, indocilitatem et ferociam significant. Quibuscumque autem lumbi et femora, reliquis partibus exceptis, multis pilis sunt tecta, libidini sunt dediti. Venter et pectus multis obsitum crinibus, signum perhibet inconstantis, se ab vno ad alterum conferentis et lasciui viri. Humeros vero et meta-

7. Συντείνει) MS. τείνει sine praepositione σὺν. Et mox πυρότης vnico ρ. minus recte. *Sylb*. Aristoteles quoque πυῤῥότης habet.

8. Καὶ τὸ τῆς) Conuenientius legendum κατὰ τὸ τῆς ῥοιᾶς ἄνθος, vt supra p. 191. *Sylb*.

9. Δυσμαθίαν) Polemo, p. 192. δυσμαθῆ καὶ ἀγριώτερον.

10. Μερῶν) Μελῶν exhibet Polemo.

11. Λαγνείας εὐτυχοῦσι) Rom. et Paris. λαγνείᾳ ἐντυχοῦσι. Ego MS. sequi malui. Polemo p. 192. simpliciter habet λαγνοὶ ἄνδρες εἰσί. *Sylb*.

12. Ἀσελγεῖς) Polemo ἀσθενῆ.

δὲ, καὶ μετάφρενα [13] τετριχῶσθαι, ὀρνίθιον ἄντικρυς· [14] μετάρσια γὰρ νοήματα καὶ οὐ στερεὰ δείκνυται. Στέρνα δὲ αὐτὰ καθ' ἑαυτὰ τετριχωμένους θριξὶν [15] ἀμφιλαφέσι, θερμοβούλους καὶ διψύχους λέγε. Τὸ δὲ πᾶν σῶμα [16] δεδασύνθαι τριχὶ στερεᾷ καὶ ἀμφιλαφεῖ, βοῶδες. Τοῦ δὲ αὐχένος τὸ πρὸς τῇ κεφαλῇ δασύνεσθαι, πρὸς ἀλκῆς τε, καὶ εὐψυχίας νόμιζε. Καὶ τοῦ μετώπου δὲ εἰ εἰς τὸ μέσον [17] ἐπικαταβαίνοι ἡ χαίτη, εἰς δὲ τὰ ἑκατέρωθεν ὑποχωροίη, μεγαλοψυχίας καὶ ἀλκῆς πλήρης ὁ τοιοῦτος.

phrena villosa, similitudinem cum auibus innuunt: superba siquidem consilia, quae non firmo insistunt fulcro, notant. Sterna autem circumquaque dense hirsuta calidos, praecipitibus consiliis vtentes et titubantes notant. Vniversum autem corpus, firmis densisque pilis tectum, bouinum est. Ceruicis pars versus caput pilosa fortitudinis et boni animi signum censendum. Si autem capillus ad medium frontis sese extendit, ita, vt ab vtraque sensim recedat parte, talis magno animo multaque fortitudine praeditus est. Pili erecti, timiditatis et fraudulentiae testes sunt. Quibuscumque

13. Τετριχῶσθαι) Vulg. ed. τετριχωμένα: quod ferri potest, si pro λέγε, reponas λέγει. *Sylb.* Polemo quoque dat τετριχωμένα, reliqua paululum immutata exhibet.

14. Μετάρσια) Polemo l. l. ὑψηλὰ --- --- καὶ οὐ σταθερά. Erotian. autem μετάρσια explicat ὑψηλά.

15. Ἀμφιλαφέσι) Polemo δασείαις et pro διψύχους, εὐψύχους.

16. Δεδασύνθαι) Pol. p. 193. δασύτριχες τριχὶ στερεᾷ; vide quae Sylburgius ibi n. 19. monuit.

17. Ἐπικαταβαίνοι κ. τ. λ.) Pol. p. 193. ἐπικαταβαίνουσα ῥὶς τετρίχωται, τὰ δὲ ἑκατέρωθεν οὔ, etc.

τοιοῦτος. Τρίχες δὲ ὀρθαὶ ἐςῶσαι, δειλίας καὶ κακομηχανίας μάρτυρες. Ὅσοις τῶν ὀφρύων τὰ πρὸς τῇ ῥινὶ [18] κάτω νεύει, τὰ δὲ ἐφ' ἑκάτερα εἰς τοὺς κροτάφους χωρεῖ, τούτους ὑσὶν εἴκαζε· οἱ δὲ σφόδρα [19] δασόφρυες, ἀνιαροί· πρέπει γὰρ αὐτοῖς ἀνία.

κζ. ΠΕΡΙ ΚΙΝΗΣΕΩΣ.

Περὶ δὲ κινήσεως, τάδε ἴσθι· ὡς τὸ μὲν αὐτοφυὲς αὐτῆς καὶ ἀπρονόητον, χρὴ διαγινώσκειν κατὰ [1] τὸ πρέπον. Ὅσοι δὲ σχηματίζουσιν ἑαυτοὺς, καὶ κινοῦνται, [2] ἐπιτετευγμένους φυσιογνωμόνει καὶ τούτους.

autem ſupercilia ab vna parte naſi ſunt coniuncta, ab altera vero ad tempora vſque pertingunt, ii porcis ſimiles ſunt. Qui admodum denſis pilis ſupercilia habent repleta, triſtes ſunt, conuenit enim ipſis moeſtitia.

XXVII. *De motu.*

De motu vero probe haec teneas; quomodo ſcilicet innatum et proprium ex decentia debeas dignoſcere. Quicumque enim ſibimet ipſis formam quamdam et motum fingunt, hos ex ſignis iudica phyſiognomonicis, tan-

18. Κάτω νεύει) Polemo, p. 194. κατανεύει.

19. Δασόφρυες) Pro δασόφρυες ſupra eſt συνόφρυες ap. Ariſtot. p. 149. et apud Polem. p. 194. *Sylb.* Vide quae ſupra p. 149. not. 180. monita ſunt.

1. Τὰ πρέπον) Sub hac voce h. l. intelligit *venuſtatem* et *dignitatem*, quam requirit Cicero offic. L. I. c. 36. vbi de motu et greſſu egregia praecepta exſtant.

2. Ἐπιτετευγμένους) MS. ἐπιτεταγμένους. *Sylb.*

τους. Τριπλοῦν δὲ τὸ γένος τούτων. Οἱ μὲν γὰρ, [3] σεμνότητα περινοοῦσιν, ἀρχὰς, καὶ δυνάμεις ἐν πόλει μνώμενοι, καὶ γάμους ἐνδόξους· ἐνιότε δὲ, εἰς εὐτέλειαν καὶ φειδωλίαν [4] καὶ περιχαρίαν, καὶ εἰς συννότητα ἑαυτοὺς μετατυποῦσι, δι' οὗπερ ἂν ἀρέσειν τρόπου τούτοις νομίσωσιν, οὓς [5] θεραπεύουσιν· ἕτεροι δὲ [6] ἁβρύνονται αὐτῶν· οἱ μὲν γὰρ, παιδι- [illegible] κοῖς

quam tales, qui habitum ſibi acquiſiuere. Tria autem horum ſunt genera. Quidam enim grauitatem prae ſe feruat, principatus et poteſtatem in vrbe ambientes, et nuptias glorioſas: Alii vero ad frugalitatem, et parſimoniam, et immoderatam laetitiam, et moeſtitiam ſe transferunt, qua videlicet ratione ipſis, quibus miniſtrant, ſe exiſtimant amicos reddere. Alii autem cultum ſibi comparant, ſi-

3. Σεμνότητα) Hanc virtutem in inceſſu potiſſimum commendat Clem. Alex. Paedag. III. 11. his verbis: Ἀποσκορακιστέον ἡμῖν καὶ τοῦ περιπάτου τὸ μανιῶδες· τὸ δὲ σεμνὸν καὶ τὸ σχολαῖον ἐκλεκτέον, οὐ τὸ βάδισμα τὸ μηλλητικόν. Οὐδὲ ἐν ταῖς ὁδοῖς σαλεύειν, καὶ ἐξυπτιάζοντα παραβλέπειν εἰς τοὺς ἀπαντῶντας, εἰ ἀποβλέπουσιν εἰς αὐτὸν, καθάπερ ἐπὶ σκηνῆς ἐμπομπεύοντα, καὶ δακτυλοδεικτούμενον. *Ab inceſſu nobis procul eſt amoliendus greſſus furioſus, ſed honeſtus et lentus nobis eſt eligendus, non autem nimis tardus. Sed neque in via fluctuare decet, nec ſupina ceruice obuios reſpicere, an ſe adſpiciant, tamquam traducentem pompam in ſcena, et qui digitis monſtretur.*

4. Καὶ περιχαρίαν, κ. τ. λ.) Malim tranſpoſita praepoſitione καὶ εἰς περιχαρίαν καὶ συνν. *Sylb.* Quae lectio vtique melior.

5. Θεραπεύουσιν) Huc refert quoque Cic. l. l. *nimias celeritates in feſtinationibus.*

6. Ἁβρύνονται) Reſpicitur ad greſſum delicatum et mollem, et veſtimenta, de quibus Phaedrus in Menan-

κοῖς ἀρέσαι βουλόμενοι· οἱ δὲ, ἄνδρας ἐφ' ἑαυτοὺς, ὥσπερ γυναῖκες, προκαλούμενοι. Τὸ δὲ τρίτον εἶδος ἐστὶ τῶν ἀνδρογύνων μὲν ὄντων φύσει, πλαττόντων δὲ αὑτοὺς εἰς τὸ ἀνδρεῖον· διὸ ὑφορῶνται ῥᾳδίως. Καὶ γὰρ βάδισμα, καὶ φθέγμα, καὶ βλέμμα μιμεῖσθαι σπουδάσαντες ἀνδρὸς, εἴπερ ἐξαίφνης φοβηθεῖεν, ἢ καὶ ἀνιαθεῖεν, ταχὺ παλινδρομοῦσιν εἰς τὴν ἑαυτῶν φύσιν· καὶ χωρὶς δὲ τούτου, τὸ ἐπιτηδευόμενον αὐτῷ, οὐκ ἁπλῶς ἄν τις καταμάθοι· οἱ μακρὰ βαίνοντες, [7] τελεστικοὶ παντὸς πράγματος, μεγαλόνοι·

quidem amaſiis ſtudent placere, et quae ad ſe viros ſicuti mulieres allicere curant. Tertium vero genus eſt androgynorum, et quidem a natura, qui tamen ſeſe ad virile agendum formant, quare facile ſuſpicantur. Inceſſum enim, et loquelam, et obtutum virorum imitari tentant, ſiquidem ſubito timore aut moerore ſi percutiantur, iterum celeriter ad ſui reuertuntur naturam. Hoc vero excepto non facile quis intelliget, quidnam ſit vſu et exercitio ab ipſis acquiſitum. Qui longi greſ-

dro, L. IV. *Vnguento delibutus veſtitu adfluens Veniebat, greſſu delicato et languido.* Vide Cl. Alex. Paed. III. 11. αἱ γυναικεῖοι κινήσεις καὶ θρύψεις καὶ χλιδαὶ κολουστέαι παντελῶς. Τὸ γὰρ ἁβροδίαιτον τῆς περὶ τὸν περίπατον κινήσεως, καὶ τὸ σαυλὰ βαίνειν, ὥς φησιν Ἀνακρέων, κομιδῇ ἑταιρικά. *Muliebres motus, luxus et deliciae omnes ſunt vitandae. Mollis enim in incedendo motus, effeminatique ac eneruati inceſſus, vt ait Anacreon, ſunt valde meretricia.*

7. Τελεστικοὶ) MS. τελικοὶ, et mox incontracte μεγαλόνοοι, minus belle. *Sylb.* Vide ſupra Ariſt. p. 157. qui τελεστικὸς habet,

νοι· οἱ μικρὰ βαίνοντες, ἄπρακτοι, πικροί· ἔνιοι δὲ καὶ φειδωλοὶ, καὶ ἐπίκλοποι τὰ ἤθη, καὶ λαθραῖα [8] βουλόμενοι. Ταχυτὴς δὲ ἐν κινήσει, ἅμα μὲν ὀρθότητι, καὶ λαμπρότητι, εἶδος θερμόβουλον, ἐγχειριστὴν, [9] δραστὴν ἔφηνεν. Εἰ δὲ [10] ταχὺ βαίνων ὑφορῷτο καὶ πτώσσοι, καὶ τὸ πᾶν εἶδος καθέλκοι, καὶ συνάγοι ἑαυτὸν, φειδωλίας [11] (καὶ δειλίας) καὶ κακομηχανίας, καὶ ἀνελευθερίας πιστὰ παρέχει τεκμήρια. [12] Ἅμα δὲ κινήσει ταχείᾳ, τάραχος ἐν ὀφθαλμοῖς, καὶ

ſus ſunt, omne opus perficiunt, ac ſunt magnanimi, qui breuis ſunt greſſus, inepti et amarulenti, quidam vero etiam parci, et moribus fraudulentis, clandeſtina amantes. Celeritas in motu coniuncta rectitudine et elegantia, formam apparere facit calidi in conſiliis ſuggerendis, ſolertis in aggrediendo et miniſtri. Quicumque celeri greſſu eſſe conſpicitur, et perterritus eſt, et omnem formam contrahit, et ad ſe conuertit, ille prae ſe fert ſigna certa parſimoniae, timoris, fraudulentiae et illiberalitatis. Si autem ſimul cum motu celeritas, conſternatio in oculis, capitis

8. Βουλόμενοι) In MS. duplex eſt ſcriptura, βουλόμενοι, et βουλευόμενοι. *Sylb.*

9. Δραστὴν) Malim δράστην, vt πλάτην et ſimilia. *Sylb.*

10. Ταχὺ βαίν) Vide ſupra Ariſtot. p. 153.

11. (Καὶ δειλίας) Incluſa haec abſunt a MS. *Sylb.*

12. Ἅμα δὲ κ). Commentarii loco eſſe poſſunt, quae Cic. de off. L. I. c. 36. dicit: *Cauendum --- ne in feſtinationibus ſuſcipiamus nimias celeritates, quae, quum fiunt, anhelitus mouetur, vultus mutantur, ora torquentur: ex quibus magna ſignificatio fit, non adeſſe conſtantiam.*

καὶ κεφαλῆς ἀστασία, καὶ ἄσθματα, [13] ταῦτα εἴδη κακοῤῥέκτου καὶ μεγαλοῤῥέκτου, καὶ φευκτέου ἀνδρός. Ὁ δὲ [14] ταχὺ μὲν, μικρὰ δὲ βαίνων, φιλοκερδὴς, κακοῦργος, [15] δειλίας τε εἰς ἄκρον ἥκων. [16] Σχολαία βάδισις, αὐτοφυὴς μὲν, νωθεστέρα, βαθυγνώμων δὲ, καὶ πραεῖα, εἰ μὴ [17] ἀντιλέγοι τὰ μείζω σημεῖα. Εἰ δὲ ἑκὼν βραδύνοι, καὶ ἐφιστάμενός γε ἐν ταῖς ὁδοῖς περιβλέποι ὑψαυχενῶν, ἴσθι [18] (καὶ) ὑβριστὴν ὄντα καὶ ὑπερήφανον καὶ μοιχικόν. Χεῖρας δὲ, καὶ πόδας [19] καλὸν ἐπιφωρᾶσθαι ἔχει κατὰ ταυτὸν

non firma ſtatio, et anhelationes coniunctae ſunt, tales formae improbi, valde cupidi et deteſtabilis ſunt viri. Qui vero celeri, at breui tamen ingreditur greſſu, lucri cupidus, maleficus eſt, et apud eum timiditas ad ſummum peruenit. Tardus greſſus, iſque naturalis, et quidem lentior, taciturnum et facilem notat, niſi reliqua contradicant ſigna. Qui vero ſponte tarde ingreditur et inſtat, et in viis erecta ceruice circumſpectat, eum et iniurioſum, et ſuperbum, ac adulterum cenſemus. Bonum autem eſt, ſi manus et pedes eodem modo ſe cum motu habere deprehen-

13. Ταῦτα εἴδη) MS. cum apoſtropho ταῦτ' εἴδη. *Sylb.*

14. Ταχὺ) Paulo aliter haec pronuntiat Ariſtot. p. 153.

15. Δειλίας τε) MS. dandi caſu δειλίᾳ τε: ſtructura minus bella. *Sylb.*

16. Σχολαία) βραδυβάμων Ariſt. ſed alia expoſitio ibi eſt.

17. Ἀντιλέγοι) MS. ἀντιλέγει indicatiui verbi modo; at non item in ſeq. *Sylb.*

18. (Καὶ) Incluſa καὶ abeſt ab eodem MS. *Sylb.*

19. Καλὸν etc.) MS. καλὸν ἐστὶ φωρᾶσθαι ἔχειν. *Sylb.*

ταὐτὸν τῷ παντὶ ἐπὶ κινήσεως. Ὁ δὲ ἐν τοῖς ὤμοις ὑποκινούμενος, καὶ ἅμα πρᾴως κεκυφὼς, μεγαλονοίας, καὶ ἀνδρείας εὖ ἥκει· οὕτω γὰρ καὶ λέων βαίνει. Ὁ δὲ ἐν τοῖς ὤμοις ὑποκινούμενος, ὀρθὸς δὲ ὢν καὶ ὑψαυχενῶν, αὐθάδης τε, καὶ ὑβριστής· οὕτω γὰρ βαίνει [20] (ὁ) ἵππος. Καὶ τὰ λοιπὰ δὲ ἀπὸ τούτων συμβαλεῖν ἂν δύναιο. Οἱ δὲ παντὶ τῷ σώματι κινούμενοι, ὤμοις τε, καὶ καθ' ἕκαστον τῶν μελῶν, ἀνδρόγυνοί εἰσι, τοῦτο γὰρ ἀντικρὺς [21] γυναικεῖον. Ἀνδρόγυνοι δὲ, καὶ οἱ [22] κλίνοντες αὐτοὺς εἰς τὰ δεξιὰ τῇ κινήσει· οἱ δὲ εἰς τὰ ἀριστερὰ ἀποκλίνοντες, ἀνοητότεροι. Ὅσοι δὲ [23] κ... ταχλῶσι σφᾶς αὐτοὺς

duntur. Quicumque autem in humeris leuiter mouetur, ſimulque facile pronus ſpectans, illi bene magnus conuenit animus et fortitudo, ſic enim leo ingreditur. Qui vero leuiter in humeris ſe mouet, erectuſque ac elata ceruice, ſuperbus eſt, et petulans; ſic enim ingreditur equus. Et ſic ex his de reliquis licet coniicere Vniuerſo autem corpore mouentes ſe, humeris ſinguliſque membris, ſunt androgyni, hoc enim e regione femininum eſt. Androgyni vero etiam ſunt, qui in motu ſe ad dextram inclinant partem; qui vero in ſiniſtram, ſtupidiores. Quicumque autem ſe-

20. (Ὁ) Incluſus articulus abeſt a MS. *Sylb.* Paulo aliter priorem et hunc characterem tradit Ariſt. p. 154.

21. Γυναικεῖον) MS, γυναικεῖον. *Sylb.* Vide Ariſtot. p. 155.

22. Κλίνοντες) Ariſtoteles p. 155. hunc canonem ſic effert: οἱ δὲ τοῖς ποσὶν ἐξεστραμμένοις πορευόμενοι, καὶ ταῖς κνήμαις θηλείαις, ἀναφέρονται ἐπὶ τὰς γυναῖκας.

23. Καταχλῶσι.) Ariſtoteles loco laudato habet περικλώμενοι καὶ ἐντριβόμενοι.

αὐτοὺς καὶ ἐγκλίνουσι, κόλακές εἰσι· τοῦτο γὰρ ποιεῖ ὁ κύων, ὅταν σαίνῃ καὶ θωπεύῃ.

κη. ΠΕΡΙ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ.

Πνεῦμα τὸ [1] λίαν ἀτρεμοῦν, ὡς ἀπνόῳ ἐοικέναι, φροντιστοῦ ἀνδρός· (ὁποία δὲ ἡ [2] φροντὶς, παρὰ τῶν ὀφθαλμῶν μάνθανε) [3] εἰ δὲ ἀτρεμὲς ἂν ἐπὶ πολὺ ἀθρόως ἐπίοι, ὥσπερ ἐκ παλιρροίας, καὶ πλημμυρίδος, λύπῃ τινὶ συνέχεται. Εἰ δὲ [4] (καὶ) κεφαλὴν ἐπικινῶν ἅμα ἐπιστένει, μετανοεῖν ἔοικεν [5] κακόν τι δράσας, ἢ εἰπών.

metipſos diducunt, et inclinant, adulatores ſunt; hoc ſiquidem canis facit, ſi adulatur et blanditur.

XXVII. De reſpiratione.

Valde lenis reſpiratio et quaſi exanimis, viri meditantis (qualis autem meditatio ex oculis apparet.) Si autem tranquilla, multaque interdum cellerrime effudit, quaſi ex humiditatis refluxu et inundatione, triſtitia affectum ſignificat. Si autem inclinato ſimul capite quis ingemiſcit, videtur is de male factis di-

1. Λίαν ἀτρεμοῦν) Rom. et Par. λεῖον ἀπονεμοῦν: perperam; nec multo rectius apud Polemon. ſupra p. 243. ἀεὶ ἀνατρέπον, ego MS. ſequi malui. *Sylb.*

2. Φροντὶς) Vide quae de ſignis ex oculis monuit Meurſ. in ſpicil. ad Theocr. p. 2. Pro ὁποία Polemo p. 243. habet ποταπή.

3. Εἰ δὲ ἀτρεμὲς) Fortaſſe rectius ἀτρεμήσαν ἐπὶ π. vel ſaltem ἀτρεμὲς ὄν. *Sylb.* Pro ἐπίοι Pol. p. 144. habet λέγει.

4. (Καὶ) Incluſa haec particula addita e MS. *Sylb.*

5. Κακόν τι δράσας, ἢ εἰπών) Pol. p. 144. κακόν τι ποιῶν, ἢ ἰδών.

εἰπών. Ἐὰν δὲ δεδορκόσι τοῖς ὀφθαλμοῖς ταῦτα ποιῇ, προβουλεύει κακὰ μᾶλλον, ἢ μετανοεῖ. Πνεῦμα [6] λεῖον, σχολῇ καὶ ἀψοφητὶ χωροῦν, τὴν γνώμην εὖ ἔχειν δηλοῖ. [7] Ὅταν δὲ ὑποβρυχᾶται, καὶ μεγάλα ἀναπνέῃ, ἀγριότητα, καὶ οἰνοφλυγίαν κατηγορεῖ. Οἱ δὲ ἀσθματίαι, ὁπόσοις καθάπερ [8] ἐκ δρόμου τὸ πνεῦμα ἐλαύνεται, ἄβουλοι, κακόθυμοι, [9] παντορέκται, παντοεπεῖς. Ὅσοι δὲ [10] μετάρσιον ἐμπνέουσι, καὶ αὐτοῖς πυκνόν τε, καὶ ἐλαφρὸν τὸ πνεῦμα ἐν ταῖς ῥισὶν ἐμπνεῖ, δειλία, καὶ ἀθυμία ἐν

ctiſue dolore affici. Intenſis haec autem ſi fiunt oculis, mala potius conſilia, quam moerorem indicant. Leuis reſpiratio, quieta et ſine ſtrepitu procedens, indicat animi tranquillitatem, ſi autem profunda ac magna eſt reſpiratio, ruſticitatis eſt et vinoſitatis indicium. Si autem anhelationes, quibus ſpiritus quaſi per curſum emittitur, illi ſunt conſilii inopes, malo animo praediti, malefici, et multiloqui. Quicumque autem alte inſpirant, et ſpiritum trahunt frequentem et paucum, hi timidi et puſillanimes ſunt. Verum

6. Λεῖον) Polemo habet εἰσιὸν, et pro ἀψοφητὶ in ſq. ἀκτυπί.

7. Ὅταν) Hanc particulam pro vulgata ὅτε repoſui ex MS. *Sylb.*

8. Ἐκδρόμου) MS. ἐκδρόμου: minus belle. *Sylb.* εἰσδρομοῦν Pol. p. 245.

9. Παντορέκται, παντοεπεῖς) Polemo l. l. παντεπίθυμοι, παντολόγοι.

10. Μετάρσιον) Polemo ὑψηλὸν, ſenſu non mutato.

ἐν τούτοις ἐςί. Γίνονται δὲ καὶ ἀνδρόγυνοι, ὅταν τὰ ἄλλα σημεῖα [11] συμμαρτυρῇ.

κθ. ΠΕΡΙ ΦΘΟΓΓΟΥ Η ΦΩΝΗΣ.

Φθέγγεσθαι [1] βαρὺ πάνυ καὶ σαθρὸν, ἀνοήτω, καὶ ὑβριςῇ, καὶ γαςριμάργῳ πρέπει. Ἠχὴ δὲ [2] κακοηχεςέρα, βληχωδεςέρα, ἀναισθήτου. Ὅσοι δὲ ἀπὸ βαρέος ἀρξάμενοι φθόγγου, εἰς ὀξὺ τελευτῶσι, [3] ὀργηταὶ, δύσθυμοι. Ὀξὺ δὲ καὶ αὐχμηρὸν φθέγγεσθαι, ποικίλου ἀνδρός ἐςιν. Ὁ δὲ ὀξὺ καὶ

etiam fiunt androgyni, reliquis ſcilicet conſpirantibus ſignis.

XXVIII. *De loquela et voce.*

Valde grauiter et debiliter loqui, inſipientem, iniurioſum, et guloſum denotat. Soni autem male articulati et balatorii inſenſibilem produnt. Quicumque a graui incipientes, deſinunt in acutum, iracundi et grauiter affecti ſunt. Acute et preſſe loqui, variabilis eſt viri. Acute autem, delicate et articulate qui loquitur, androgyni ſigna habet. Quicumque

11. Συμμαρτυρῇ) Hoc verbum pro ſimplici μαρτυρῇ repoſui ex MS. *Sylb.* Et ſic quoque dat Polemo p. 246.

1. Βαρὺ πάνυ καὶ σαθρὸν) MS. βαρὺ καὶ πάνυ σαθρὸν *Sylb.* Totus canon ſic eſt apud Polem. p. 252. niſi quod pro πρέπει ibi legatur δηλοῖ.

2. κακοηχεςέρα) Pro κακοηχεςέρα contra exemplarium conſenſum hanc vocem repoſui ex Polem. p. 252. *Sylb.* Interpres vulgatam ſequutus probum ſenſum elicere ſtuduit, vertendo: *male articulati.*

3. Ὀργηταὶ) Pro hac voce apud Polemonem p. 253. legitur τραχεῖς. *Sylb.*

καὶ μαλακὸν, καὶ [4] εὐκαμπὲς φθεγγόμενος, ἀνδρόγυνον ἐπισημαίναι. Ὅσοι δὲ [5] κοῖλον, καὶ βαρὺ καὶ ἀκαμπὲς ἠχοῦσι, γενναῖα τούτοις τὰ ἤθη, καὶ μεγαλόνοια αὐτοὺς κοσμεῖ, καὶ δικαιότης. Ὅσοι δὲ μαλακόν τι καὶ βαρὺ φθέγγονται, [6] ἤπια, καὶ τούτοις τὰ νοήματα. Οἱ δὲ κλαγγηδὸν [7] φθεγγόμενοι, ὀξύ τε καὶ ὀρνίθιον φθέγμα ἱέντες, [8] μάργοι καὶ χαῦνοι, καὶ μετάρσια νοοῦντες. Ἀσθενὴς δὲ φωνὴ καὶ ἅμα [9] γοερὰ, φιλοκερδῆ, καὶ ἀνιαρὸν, καὶ ὕποπτον ἐν πᾶσιν ἀνδράσι σημαίνει. Ὁπόσοι δὲ ἐν

ῥινὶ

cauum grauemque ſonum abſque omni modulatione emittunt, ii moribus ingenuis, magno animo, et iuſtitia ſunt condecorati. Qui autem delicate et grauiter loquuntur, illis manſuetudo animi ineſt. Cum clangore autem qui efferunt verba, et acutam vocem ad auium inſtar habent, improbe libidinoſi, ſuperbi atque elati ſunt. Imbecillis vox ac flebilis lucro inhiantem, triſtem ac ſuſpicioſum inter omnes ſignificat. Per naſum autem qui loquuntur, mendaces, prauorum morum, faſcinatores, et de damnis aliorum gaudentes ſunt. Vehementer et debiliter loqui, iram et

4. Εὐκαμπὲς) Sic emendaui, quamquam omnes editiones tuentur εὔλαμπές. Et pro ἐπισημαίνει in ſq. Polemo habet l. l. ἐστὶ σημεῖον.

5. Κοῖλον) Polemo addit βοῶσι.

6. Ἤπια) Polemo p. 254. ἀγαθά.

7. Φθεγγόμενοι) Polemo l. l. ἐκβοῶντες, at vox ἱέντες omittitur.

8. Μάργοι) Polemo habet μάταιοι, et pro μετάρσια apud eumdem eſt ὑψηλὰ, vt in ſuperiori capite not. 10.

9. Γοερὰ) Polemo ὑποκλαίουσα, et pro ἀνιαρὸν, λυπηρὸν, ac pro ὕποπτον, ὑπονοούμενον.

ῥινὶ φθέγγονται, ψευδεῖς, κακοήθεις, [10] βάσκανοι, πήμασιν ἄλλων χαίροντες. [11] (Σφοδρὸν φθέγγεσθαι, καὶ ὑπόσαθρον, ὀργὴν καὶ βίαν,) καὶ ἀνομίαν, καὶ μισανθρωπίαν σημαίνει. Ὀξὺ δὲ καὶ ἀσθενὲς φθεγγέσθαι, [12] ἀργίας καὶ δειλίας· ταχὺ δὲ, [13] ἀβουλίας καὶ ἀνοίας σημεῖον. Οἱ χαλεπῶς φθεγγόμενοι, κακοὶ καὶ ἀνόητοι, ὡς [14] ἐπιτοπολύ. Εἰ δέ τι, καὶ ἄλλο φωνεῖ τῶν ζώων, πρὸς ἕκαστον, [15] ὅταν τις ὅμοια φθέγγηται, [16] ἀναφέρειν τε, καὶ διαιρεῖν χρὴ εἰς τὸ ὅμοιον ἦθος. Οἱ μὲν γὰρ, [17] κυσίν· οἱ δὲ, πιθήκοις· οἱ δὲ, ὄνῳ· οἱ δὲ, ἵπποις· οἱ δὲ,

vehementiam innuit, ſimulac iniuſtitiam et hominum odium. Acuta et imbecillis loquela, ſocordiae et timiditatis ſignum eſt. Celer vero conſilii inopiam et amentiam ſignificat. Qui difficultate loquelae laborant, praui et inſipientes vt plurimum ſunt. Si vero etiam aliud quid voci animalium propius accedit, id ad ſimilitudinem vocis vel referri debet, vel differentiam infert pro ſimili more. Quidam enim canibus, quidam ſimiis, quidam aſino, nonnulli equis, alii vrſo, alii ouibus, et

10. Βάσκανοι, πημ. etc.) Pol. φθονεροὶ, δεινοὶ εἰς βλάβην ἄλλων.

11. (Σφοδρὸν etc.) Incluſa abſunt a MS. *Sylb.*

12. Ἀργίας καὶ δ.) Polemo p. 255. δειλίας καὶ βασκανίας.

13. Ἀβουλίας καὶ ἀ.) Pol. ἀβούλευτον καὶ ἀνόσιον δηλοῖ.

14. Ἐπιτοπολὺ) Rom. ed. et MS. diuiſe ἐπὶ τὸ πολύ. *Sylb.*

15. Ὅταν τις) Malim ᾧ ἂν, ſeu ὅτῳ ἄν. *Sylb.*

16. Ἀναφέρειν) MS. habet ἀναφέρειν χρὴ καὶ διαιρεῖν εἰς τ. *Sylb.* Totum canonem aliter profert Pol. p. 255.

17. Κυσὶν) Loco huius vocis Polemo p. 156. habet χοίροις.

δὲ, [18] ἄρκτῳ· ἄλλοι δὲ, προβάτῳ, καὶ ἄλλοις ζώοις ὁμοίαν [19] φθογγὴν ἀφιᾶσιν. Εἰδέναι γεμὴν καθόλου προσήκει, ὡς ἐν κινήσει, καὶ φωνῇ, καὶ χροιᾷ, καὶ μεγέθει, καὶ μελῶν ἁρμονίᾳ, [20] τὸ μέσον τῆς κράσεως χρηστὸν ὡς τὸ πολύ· τὸ δὲ ἐναντίον, κακόν.

λ. [1] ΠΕΡΙ ΕΙΔΩΝ ΑΝΘΡΩΠΕΙΩΝ.

[2] Ὅρους δὲ εἰδῶν ἀνθρώπων ὑποδεῖξαι ἀναγκαῖον οὐ πάντας, ἀλλ' ὅσοι ἀξιόλογοι αὐτῶν. Ἀπὸ γὰρ τούτων οὐ χαλεπὸν καὶ τὰ λοιπὰ γινώσκειν.

λα. Εἰ-

aliis animantibus ſimilem emittunt vocem. In vniuerſum autem eo reſpicere conuenit, quomodo quis in motu, et voce, et colore, et magnitudine, et harmonia membrorum ſit, medium temperaturae vt plurimum vtile eſt; oppoſitum autem malum.

XXIX. *De formis hominum.*

Neceſſe autem eſt definitiones formarum humanarum ſuppeditare, non quidem omnium, ſed tantummodo quae commemoratione dignae ſunt, et ex quibus facili negotio reliquae poſſunt colligi.

18 Ἄρκτῳ) MS. ἄρκῳ. Maior ibidem eſſet numerorum ſimilitudo, ſi ſingulariter legeremus, ἵππῳ. *Sylb.* ἄρκτῳ non agnoſcit Polemo.

19. Φθογγὴν) Polemo l. l. φωνὴν, et pro γεμὴν, δὴ λοιπόν.

20. Τὸ μέσον) Polemo τὸ μέσον τούτων εὔχρηστον, et in ſeq. pro κακὸν habet βαρύ.

1. Περὶ etc.) Fortaſſe tertius hic liber ſtatui deberet: ſicut apud Polemonem haec ſpecierum deſcriptio ſecundum librum efficit, p. 252. ſqq. *Sylb.*

2. Ὅρους) Prooemii loco haec praemiſſa abſunt a Polemone.

λα. ΕΙΔΟΣ ΑΝΔΡΕΙΟΥ.

Εἶδος οὖν [1] ἀνδρεῖον· ὄρθιον τὸ πᾶν σχῆμα, πλευραὶ [2] καὶ ἄρθρα, καὶ τὰ πάντα ἄκρα τοῦ σώματος ἐῤῥωμένα· [3] ὀςέα μεγάλα, [4] καὶ μὴ σκληρά· κοιλία πλατεῖα· καὶ [5] κοῖλοι ὦμοι, καρτεραὶ ὠμοπλάται, πλευραὶ διεςηκυῖαι, [6] ςέρνα ῥωμαλέα, καὶ μετάφρενα, ἰσχίον

XXX. Forma fortis.

Igitur forma fortis haec eſt. Tota ſtatura corporis erecta, coſtae, artus, omneſque corporis extremitates robuſtae; Oſſa magna, ſed non dura, venter amplus, humeri concaui, armi robuſti, pectora robuſta aeque ac meta-

1. Ἀνδρεῖον) Sic habet etiam MS., ſed ſi quis cum Romana malit ἀνδρείου, vt ſupra apud Polem. p. 282. haud equidem refragabor. *Sylb.*

2. Καὶ ἄρθρα etc.) MS. habet, ἄρθρα πάντα, καὶ τὰ ἄκρα τ. σ. *Sylb.* τὰ ἄκρα abſunt a Polemone.

3. Ὀςέα) Hic locus valde laborare videtur, eumque Meurſius feliciter reſtituit in Spicil. ad Theocr. p. 170. ſic: ὀςέα μεγάλα, κόμη σκληρὰ, κοιλία πλατεῖα, καὶ κοίλη, ὦμοι καρτεροὶ, ὠμοπλάται εὐρεῖαι, διεςηκυῖαι, ς. ῥ. κ. μ. ἰσ. σ. π. τὰ σφυρὰ καρτερά. Hunc quoque locum laudat idem p. 122.

4. Καὶ μὴ) Pro his vocibus apud Polem. eſt κόμη. *Sylb.* Et ſic emendauit Meurſius; vide obſ. anteced.

5. Κοῖλοι) Rectius κοίλη, vt referatur, ad κοιλία, quod vidit Meurſius quoque, et ſic etiam Polemo.

6. Στέρνα ῥωμαλ) Ad vnum omnes phyſiognomones pectoris latitudini roboris indicium ineſſe cenſent, quod comprobat Val. Flacc. L. I. *Oſtenditque humeros fortes, ſpatiumque ſuperbi Pectoris, Herculeis aequum Meleagre lacertis.* Et L. IV. — *nec plura moratus Ingentes humeros ſpatioſaque pectoris oſſa Protulit.*

ἰσχίον σκληρόν· σκέλη σαρκώδη, περὶ [7] τοῖς σφυροῖς καρτερά· πόδες ἀρθρώδεις· χρῶμα ὀξύτερον· βλέμμα ὑγρὸν, [8] γοργόν· οὐ μεγάλοι ὀφθαλμοὶ, οὐ δὲ πάνυ [9] ἀναπεπετασμένοι, οὐ μὴν οὐδὲ μύοντες· ὀφρύες οὐ τεταμέναι· μέτωπον [10] οὔτε λεῖον, οὔτε τραχύ· φωνὴ ἀπηνεστέρα, ἰσχυρὰ, μεγάλη· πνεῦμα εὐσταθές. Τοιοῦτος μὲν ὁ [11] εὔψυχος καὶ ἰσχυρός.

λβ. ΕΙΔΟΣ ΔΕΙΛΟΥ.

Ὁ δὲ δειλὸς, τοιοῦτος· τρίχες μαλακαὶ, τὸ πᾶν σχῆμα ἀνειμένον· τράχηλος μακρὸς, τὸ χρῶμα [1] μελανό-

phrena, coxa dura, carnoſa crura et circa malleolos robuſta; pedes articulati, color acutior, obtutus lubricus et toruus, oculi non magni, neque admodum explicati, neque adeo conniuentes. Supercilia non tenſa, frons neque laeuigata, neque confragoſa, vox ſaeua, fortis, magna, reſpiratio aequabilis. Talis bono animo et forti eſt praeditus.

XXXI. *Forma timidi.*

Timidus vero ſic comparatus eſt, molles pili, tota figura remiſſa, collum longum, color ex

7. Τοῖς σφυροῖς) Sic repoſui ex MS. pro τὰς σφυρὰς, in vulgg. Apud Polemonem eſt τὰ σφυρά. Sylb.

8. Γοργόν) Hanc vocem non agnoſcit Polemo.

9. Ἀναπεπετασμένοι etc.) Polemo p. 283. ἀνεῳγμένοι, οὐδὲ πάλιν ἠσφαλισμένοι.

10. Οὔτε λεῖον) Polemo l. l. μέτωπον τέλειον, οὐ μὴν γε ὀλίγον.

11. Εὔψυχος etc.) Pol. ἔμψυχος, καὶ καρτερικός.

1. Μελανόχρουν) Polemo p. 284. μέλαν ἢ ὠχρόν.

λανόχροουν; τὸ ὄμμα ταραχῶδες, βλέφαρα ταχυκίνητα, [2] ἄσθμα θορυβῶδες, σκέλη λεπτὰ, ἰσφὺς μακρὰ, στέρνα ἀσθενῆ· [3] μακρόχειρ· φωνὴ λιγυρὰ, μαλακή.

λγ. ΕΙΔΟΣ ΕΥΦΥΟΥΣ.

Τὸν δὲ εὐφυῆ, [1] τοίον δε εἶναι χρή· μεγέθους [2] εὖ ἥκοντα, λευκὸν, ὑπερυθρὸν, [3] ξανθὸν, οὐ πάνυ οὖλον, οὐδὲ [4] εὐθύτριχα· τὸ πᾶν σῶμα ὄρθιον ὄντα, [5] μέλη μεγάλα, τὰ ἄρθρα ἀπολελυμένα ἀλλήλων· σαρξ

nigro in fuſcum vergens, oculus turbulentus, palpebrae celeriter mobiles, anhelatio conſternationis plena, crura tenuia, lumbi longi, pectora infirma, manus longa, vox canora, mollis.

XXXII. *Forma ingenioſi.*

Ingenioſum autem talem oportet eſſe; iuſta magnitudine, album, ſubrubrum, flauum, non adeo mollem, neque rectis capillis. Tota corporis ſtatura ſit erecta, membra magna, articuli rite ſeiuncti a ſe, caro mediocriter

2. Ἄσθμα etc.) Polemo l. I. τῷ δὲ τῆς ἀναπνοῆς φυσήματι ἀσθενής.

3. Μακρόχειρ) Polemo, χεῖρες μακραί.

1. Τοίον δε εἶναι) MS. τοιοῦτον εἶναι. *Sylb.* Et ſic Polemo quoque p. 285. qui pro χρὴ etiam νόει dat.

2. Εὖ ἥκοντα) Polemo ibidem εὖ μεγέθους ἔχοντα. *Sylb.*

3. Ξανθὸν) Hanc vocem Polemo non admittit.

4. Εὐθύτριχα) Polemo εὐθύτριχον.

5. Μέλη μεγάλα) Haec verba non ſunt in Polemone.

σὰρξ [6] μετρίως ἁπαλὴ, σκέλη καὶ μηροὶ εὐτραφεῖς· σφυρὰ καρτερά· ποδῶν [7] καὶ χειρῶν ἄρθρα γενναῖα· δάκτυλοι [8] ἁπαλοὶ, εὐμήκεις, διεστῶτες ἀλλήλων· [9] πρόσωπα οὐ πάνυ σαρκώδη, οὐδὲ μὴν λεπτά· ὀφθαλμοὶ ὑγροὶ, εὐλαμπεῖς, χαροποί· τὸ ἐν αὐτοῖς ἦθος γεγηθός.

λδ. ΕΙΔΟΣ ΑΝΑΙΣΘΗΤΟΥ.

Τὸν δὲ ἀναίσθητον, τοιοῦτον εἶναι πρέπει· [1] λευκὸν πάνυ, σαρκώδη, προγάστορα, παχυσκελῆ· τὰ δὲ ἄρθρα

mollis, crura et femora bene compacta, malleoli robusti, pedum manuumque articuli robusti, digiti teneri et bonae longitudinis, distincti a se inuicem. Facies neque admodum carnosae, neque macilentae, oculi humidi, bene splendentes, charopi. Mores ipsorum hilares.

XXXIII. *Forma insensati.*

Insensatum autem esse decet talem, videlicet admodum album, carnosum, ventre promi-

6. Μετρίως) Polemo μετρία, sensu eodem manente.

7. (Καὶ) Inclusa coniunctio addita e MS. *Sylb.* Polemo eamdem quoque inseruit, ex quo forte in MS. translata est.

8. Ἁπαλοὶ) Polemo habet ἁπλοὶ p. 285. et in sequentibus praepositionem ἀπ' inserit legendo: διεστῶτες ἀπ' ἀλλήλων.

9. Πρόσωπα οὐ π. σ.) Polemo loco laud. ἐπηρμένα πρόσωπα καὶ σαρκώδη.

1. Λευκὸν π.) Polemo p. 286. ἢ λευκὸς πάνυ, ἢ πάνυ μέλας, in reliquis conuenit cum Nostro.

ἄρθρα μικρὰ, συνδεδεμένα· κλεῖδας συμπεφυκυίας· τράχηλον κολοβὸν, παχύν· [2] ἄκρα ἀτελῆ, παρειὰς σαρκώδεις, μέτωπον στρογγύλον, [3] βλέμμα κωφὸν, ἀχανές.

λε. ΕΙΔΟΣ ΑΝΑΙΣΧΥΝΤΟΥ.

Ἀναίσχυντον δὲ ἄνδρα οὕτω χρὴ πεφυκέναι· ὀφθαλμοὶ [1] ἀνιστάμενοι, λαμπροί· βλέφαρα [2] ἀναπεπετασμένα, παχέα· [3] ταχύπους, παχύῤῥιν, ἀντίου

nente, cruribus craſſis, articulis paruis ac coarctatis, clauiculis coalitis, collo decurtato, extremitatibus mancis, malis carnoſis, longa fronte, obtutu ſtupido atque defixo.

XXXIV. *Forma impudentis.*

Impudens autem vir hoc modo eſſe debet comparatus. Oculi exporrecti, ſplendidi, palpebrae ſurſum eleuatae, craſſae, celer pedibus, naſus craſſus, e regione videns, ſeſe

2. Ἄκρα ἀτελῆ) Polemo l. l. contrario ſenſu ἄκρα τέλεια, quae lectio vtique huc transferenda eſſe videtur, quia rei magis conuenit quam ſententia Adamantii.

3. Βλέμμα κωφ.) Polemo p. 287. βλέμμα συμφυὲς καὶ χανὲς, vox κωφὸν apud Noſtrum mutuata ab Ariſtotele p. 45.

1. Ἀνιστάμενοι) MS. ἀνιπτάμενοι: aptius ἀναπεπταμένοι: vel vt Romana ed. ex Polemone legit ἀνεπτυγμένοι. *Sylb.* Vide ſupra p. 287.

2. Ἀναπεπετασμένα) Polemo εἰσπεπετασμένα.

3. Ταχύπους) Conuenientius eſſe videtur παχύπους, *craſſipes. Sylb.* Et ſic Polemo l. l. et loco πάχυῤῥιν habet πάχυριν per ſimplex ρ.

τίον ὀρῶν, ἄνω τείνων ἑαυτὸν, πυῤῥὸς τὴν χροιὰν, τὴν φωνὴν ὀξύς.

λϛ. ΕΙΔΟΣ ΚΟΣΜΙΟΥ.

Ὁ δὲ κόσμιος [1] βραχὺ φθέγγεται, βραχὺ [2] βαίνει, τὰ βλέφαρα κινεῖ μέσως, οὔτε συνεχῶς, οὔτε διὰ χρόνου· χαροπὸν, οὐ λαμπρὸν, [3] οὐ δὲ ὑγρὸν ὁρῶν· ἐρυθήματος ὑπόπλεώς ἐστιν.

λζ. ΕΙΔΟΣ ΕΥΘΥΜΟΥ.

[1] Σημεῖα εὐθύμου· μέτωπον σαρκῶδες, λεῖον, χθαμαλὸν,

ipsum sursum tendens, quoad colorem ruber, voceque acuta.

XXXV. *Signa moderati.*

Moderatus vero dicit breuiter, breuiter ingreditur, palpebrarum mediocris ipsi est motus, neque frequens neque temporarius; charopus est, neque adspectu splendente, neque petulante, plenusque rubore.

XXXVI. *Forma animosi.*

Signa animosi: Frons carnosa, laeuis, in al-

1. Βραχὺ φθ.) Polemo p. 288. βαρὺ φθ. quae lectio praeferenda, ob Aristotelis consensum, qui p. 48. habet φωνὴ βραδεῖα, et vox βραχὺ e sequentibus transposita est.

2. Βαίνει) Hanc vocem non agnoscit Polemo.

3. Οὐ δὲ ὑγρὸν δ) Polemo, ὑγρὸν δὲ ὁρῶν.

1. Σημεῖα εὐθ.) MS. σημεῖον εὐθ. singulariter. *Sylb.*

μαλὸν, καὶ τὸ πᾶν [2] πρόσωπον σαρκωδέστερον· τὸ εἶδος ὑπνηλόν· ὀφθαλμοὶ ὑγροὶ, εὐλαμπεῖς, [3] οὐ δεδορκότες· κίνησις σχολαία, φωνὴ ἠπία.

λη. ΕΙΔΟΣ ΑΝΙΑΡΟΥ.

Πρόσωπον ἀνιαροῦ [1] ἰσχνὸν, [2] μέτωπον ῥυσσὸν, ὀφρύες [3] ἀπεστραμμέναι, βλέφαρα ἐντεταμένα. Κινεῖται δὲ, ὥσπερ [4] οἱ [5] ὑπέρινοι.

λθ. ΕΙ-

tum ſublata, vniuerſaque facies carnoſa, forma ſomnolenta, oculi humidi, bene ſplendentes, non toruo aſpectu, motus tardus, demiſſa vox.

XXXVII. *Forma inanimoſi.*

Facies inanimoſi attenuata, frons rugoſa, ſupercilia auerſa, palpebrae inciſae. Mouetur vero quaſi nimium euacuatus.

2. Πρόσωπον) Polemo conuenit cum Adam. at ibi Interpres σῶμα legiſſe videtur, nam reddit: *vniuerſumque corpus.*

3. Οὐ δεδορκότες) Polemo p. 289. ὡς δεδορκότες.

1. Ἰσχνὸν) Polemo, ἰσχυρὸν, ſed procul dubio Adamantii lectio vera, reique melius accommodata.

2. Μέτωπον ῥυσσὸν) MS. pluraliter μέτωπα ῥυσσά *Sylb.* Polemo, ῥυσὸν, per ſimplex σ.

3. Ἀπεστραμμέναι) Polemo ἐκπεπετασμέναι.

4. Οἱ) Haec vox abeſt a Polemone.

5. Ὑπέρινοι) MS. habet ὑπέρῥινα, ſed ὑπέρινοι legitur etiam apud Polemonem p. 290. vt ſint: *purgationibus ſupra modum exinaniti ſeu extenuati*: niſi forte malis: *ſupra modum fibroſi.* Sylb.

λθ. ΕΙΔΟΣ ΑΝΔΡΟΓΥΝΟΥ.

Ὁ δὲ ἀνδρόγυνος, ὑγρὸν βλέπει, καὶ ἰταμὸν, καὶ δονεῖται τὰ ὄμματα, καὶ περιτρέχει· μέτωπον σπᾷ, καὶ παρειάς· αἱ ὀφρύες [1] μένουσι κατὰ χώραν, τράχηλος κέκλιται, ὀσφὺς οὐκ ἀτρεμεῖ· κινεῖται πάντα τὰ [2] μέλη καὶ ἐπιθρώσκει· ἀλματίας ἐςὶ, [3] γονυκρότος· [4] χειρῶν φοραὶ ὕπτιαι· [5] περιβλέπει ἑαυτόν· φωνὴ λεπτὴ, ἐπικλάζουσα, [6] λιγυρὰ, σχολαία πάνυ.

μ. ΕΙ-

XXXVIII. *Forma androgyni.*

Androgynus autem petulanter et laſciue videt, oculoſque agitat, et mouet circumquaque. Frontem et malas contrahit. Supercilia manent in eodem ſtatu, collum non inclinatur, coxa non abſque motu manet. Omnia mouet membra et progreditur ſubſultim. Saltatorius eſt, genubus crepitans, manuum geſtus ſupini, circumſpicit circa ſe, vox eſt tenuis, iucunde clamitans, et admodum tarda.

1. Μένουσι) Polemo εἰδαίνουσι.

2. Μέλη) Polemo inſerit vocem ἅλματι, quam in ſequentibus mutata forma Noſter exhibet.

3. Γονύκροτος) Polemo, γονάτων κρότος.

4. Χειρῶν φοραὶ) Polemo χειρῶν φαίνεται.

5. Περιβλέπει) Polemo addit, καὶ καταβλέπει.

6. Λιγυρὰ) Par. et MS. λιγυρὴ, more Ionico et Dorico, ego cum Romana λιγυρὰ malui. *Sylb.* Et ſic Polemo, p. 290.

μ. ΕΙΔΟΣ ΠΙΚΡΟΥ.

Πικρὸν δὲ ἄνδρα χρὴ σεσηρέναι, [1] ὑπώχρου εἶναι, [2] τραχύ, καὶ ξηρὸν βλέπειν, μέτωπον [3] ῥυσσὸν, φθέγγεσθαι σφοδρὸν, [4] ἀσθμαίνειν, χεῖρας συγκροτεῖν, ἢ ἀνατρίβειν πολλάκις, πόδας [5] ἐπιῤῥήσσειν.

μα. ΕΙΔΟΣ ΠΡΑΙΟΥ.

Ὁ δὲ πρᾶος ὧδε πέφυκε· [1] καρτερὸς τὸ πᾶν εἶδος, [2] εὔσαρκος σαρκὶ ὑγρᾷ, [3] μαλθακῇ· τοῖς μέλεσι [4] σύμμετρος·

XXXIX. *Forma amari.*

Virum amarum oportet esse diductum, subpallidum, confragoso siccoque adspectu, fronte rugosa, vehementi sermocinatione, anhelationeque, manus complodit, saepiusque fricat, et gesticulat pedibus.

XL. *Forma mansueti.*

Sic autem mansuetus esse constitutus solet, quoad totum habitum robustus, bene carnosus ex humida potissimum mollique composi-

Ee

1. Ὑπωχρον) Polemo p. 291. simplex habet ὠχρός.

2. Τραχὺ) Polemo, παχύ.

3. Ῥυσσὸν) Polemo, ῥυτιδῶδες.

4. Ἀσθμαίνειν) Polemo, ἐν τῷ ἀσθενεῖν κ. κ. τ. λ.

5. Ἐπιῤῥήσσειν.) Pro vulgari ἐπιῤῥύσσειν sic reposui ex Polemone p. 291. Si quis ἐπιῤῥάσσειν malit, facile patiar. *Sylb.*

1. Καρτερὸς) Polemo p. 291. ἰσχυρὸς τὸ εἶδος.

2. Εὔσαρκος) Polemo transposuit paululum haec.

3. Μαλθακῇ) Aristoteles et Polemo substituunt πολλῇ, et Polemo dein repetit, μαλθακῇ τοῖς μέλεσι.

4. Σύμμετρος) Polemo, εὐσυμμετρὸς τῷ σχήματι.

μετρος· τὸ βλέμμα εὐσταθὲς, [5] βραδυκίνητον· [6] σχολαία φωνὴ, μαλακή· τῶν τριχῶν ὁ περίδρομος [7] ἄνω θρώσκων.

μβ. ΕΙΔΟΣ ΕΙΡΩΝΟΣ.

Ὁ δὲ εἴρων [1] (καὶ) [2] παλίμβολος, [3] τὰ ἀμφὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς λαγαρὰ ἐχέτω, τὸ βλέμμα ὑπόκομψον, φωνὴν ὑφειμένην, βαινέτω εὔστροφον· καὶ κινείσθω [4] πάντη εὐρύθμως.

μγ. ΕΙ-

tus carne, ratione membrorum bonam habens proportionem. Oculus bene collocatus est et motu tardo praeditus; Vox tranquilla, mollis, capillorum circumductio sursum vulsa.

XLI. Forma reprehensoris.

Reprehensor autem et inconstans quae sunt circa oculos laxa habet, obtutum elegantiam affectantem, vocem submissam, incessus est conueniens, et omnis motus fit decenter.

5. Βραδυκίνητον) MS. βραδυκίνητος Sylb. Polemo p. 292. βραχὺ κίνημα.

6. Σχολαία) Polemo, καὶ σκολιὸν, φωνὴ βαρεῖα, μαλακή.

7. Ἄνω θρώσκων) Polemo ἀναθρώσκων. Aristoteles p. 55. ἀνεσπασμένας.

1. (Καὶ) Inclusa coniunctio addita e MS. Sylb.

2. Παλίμβολος) MS. habet sic: at Rom. παλίμβουλος vt supra p. 292. est ἐναντιόβολος Sylb.

3. Τὰ ἀμφὶ etc.) Polemo paulo aliter haec expressit.

4. Πάντη) Polemo πάντα.

μγ. ΕΙΔΟΣ ΦΙΛΑΡΓΥΡΟΥ.

Τὸν δὲ φιλάργυρον ἄνδρα τοιόν δε εἶναι [1] λέγε· μικρομελῆ, μικρόμματον, μικροπρόσωπον, [2] ταχυβάδιϛον, ἐγκεκυφότα, ταχύφωνον, [3] ὀξυβόην, τὴν χροιὰν ὑποφοινίσσοντα.

μδ. ΕΙΔΟΣ ΦΙΛΟΚΥΒΟΥ.

Δασὺς ἀνὴρ θριξὶν ἰθυτενέσι μελαίναις· δασεῖαν τὴν ὑπήνην ἔχων, κροτάφους δασεῖς, ὄμμα λιπαρὸν καὶ ϛίλβον, καὶ ἀμαρύσσον· ὁ τοιοῦτος φιλόκυβος, [1] φιλορχηϛής, [2] φιλόκωμος.

μϵ. ΠΕΡΙ

XLII. *Forma auari.*

Dicere autem eum eſſe auarum virum potes, qui artubus paruis aeque ac oculis, et facie eſt praeditus. Celeriter ingreditur, inclinato capite, vox aeque celer et acuta eſt, colorque ſubruber.

XLIII *Forma aleae ſtudioſi.*

